



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Capvt Tertivm. Hoc tertio capite dantur literæ ad reliquos tres Episcopos qui supersunt, Sardensem, videlicet: Philadelphiensem, & Laodicenum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

CAPVT TERTIVM.

Hoc tertio capite dantur literæ ad reliquos tres Episcopos qui supersunt, Sardensem; videlicet: Philadelphiensem, & Laodicenum.

ET angelo Ecclesie Sardis, scribe: Hæc dicit, qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas: Scio opera tua, quia nomen habes quod viuas, & mortuus es, esto vigilans, & confirma cetera, quæ moritura erant. Non enim inveni opera tua plena coram Deo meo. In mente ergo habe, qualiter acciperis & audieris, & serua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram Angelis eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Et angelo Philadelphie Ecclesie scribe: Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem David: qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga Satanae qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & sciant quia ego dilexi te: quoniam seruasti verbum patientie mee, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius, & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei noue Hierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis. Et Angelo Laodicee Ecclesie, scribe: Hæc dicit, Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei: Scio opera tua, quod neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis: Diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, vt videas. Ego quos amo, arguo, & castigo. Amulare ergo,

& poenitentiam age. Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum; & cænabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut, & ego vici, & confedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs.

COMMENTARIUM PRIMUM EXEGETICUM.

DE ANGELO ECCLESIAE SARDIS.

Quid literæ ad Angelum Ecclesiæ Sardis contineant
deque earum inscriptione.

Hæc dicit, qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas.

SECTIO PRIMA.

MOTA hæc epistola plena est reprehensionis, admonitionis, & comminationis, nec vllam laudationis partem continet, quantum ex contextu colligitur, hic Episcopus hypocrisis vitio laborabat, cumque virtutem simularet, bonus apparebat coram hominibus, sed coram Deo qui cor, & animum intuetur, solam præse ferebat specie[m] probitatis, veræ sanctitatis omnino expers, vt videtur perspicuum ex illis verbis. *Nomen habes, quod viuas, & mortuus es.* Et iterum. *Non innocis opera tua plena coram Deo meo.* Simul etiam socordix, & osecitantiæ insimulatur, quod sineret in suo Episcopatu hæresim, vitiaque alia serpere: quam ob causam ei commendatur vigilantia, cum dicitur. *Esto vigilans, Episcopi.* & confirmata cætera, qua morituræ erant. Denique acerrima comminatione deterretur, cum audit: *Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.*

Ex his iam intelliges rationem inscriptionis literarum, quæ huiusmodi est. *Hæc dicit, qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas.* Prima ratio est Richardi de sancto Victore. *Quasi, inquit, diceret, tu qui coram hominibus per hypocrisim bonum facis, sed in oculo malus existis, dum me audis septem spiritus habere, animaduerte me per sapientiam, non solum manifesta, sed etiam oculta opera, imo & intimas cogitationes intueri.* Dum etiam audis me habere septem stellas; intellige me ad te & tuos similes puniendos, maximè potentem esse, vt ipse stellarum conditorem: Iuxta quam expositionem, per septem spiritus, septem Spiritus sancti dona intelligenda sunt, quæ super Christum requieuerunt: quemadmodum prædixit Esaias cap. ii. E quibus vnum est intellectus. Alterum scienciæ, aliud Sapienciæ, propter quæ Christus in intimas etiam cogitationes mentis intuetur. Secunda est aliorum hoc sensu. Qui habet septem spiritus Dei, id est, qui dat omnem vitam spiritualem, & internam, quæ necessaria est hypocrisis, qui intus mortui sunt: propterea enim dicitur. *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Et qui habet septem stellas, id est, à quo est omnis illuminatio, & fama, ac nominis celebritas, quam solam cupit hypocrita iuxta illud Iob 41. quod de Satan dicitur. *Omne sublimè videt.* Et Prouerb. 30. Prou. 30. 15.

IEGAS
H
POCAL
C

Richard de S. Vict.
Hypocrisis later homines, non Deum.
Esai 11. 2.
Solum Christum antea
vita spiritua-
lia, & fama.
Hypocrita
aura popu-
lari audis.
Iob. 41. 15.
Prou. 30. 15.

Gloria qui-
bus deur.

Generatio huius excelsi sunt oculi, & palpebra eius in altum surrecta. Tertia ratio, cur Christus hypocrita Episcopo dicat se habere septem spiritus Dei, & septem stellas, ea est. Ut intelligat non promitti stellas, id est gloriam, nisi spiritum, hoc est, veram sanctitatem habentibus.

III. Illud hoc loco est aduertendum, de duobus vitijs reprehendi Sardanensem Episcopus de hypocriti nimirum, & de negligentia in moribus Ecclesie corrigendis, ut est percipuum ex illis verbis. *Esto vigilans, & confirma cetera, que mortura erant.* Vnum autem ex alio consequitur. Qui enim hypocrita est, cum eum Christi charitas non virgeat, de aliorum quoque sanctitate minime est sollicitus. Id,

Iob 39. 16.

quod eleganti struthionis similitudine expressum habes Iob 39. cum dicitur, Penna struthionis, similis est pennis herodij, & accipitris, quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea, obliuiscitur, quod pes conculcet ea, aut bestia agra conterat. Duratur ad filios suos, quasi non sint sui, frustra laborauit, nullo timore cogente, prauauit enim cum Dominus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Quem locum expendens Diuus Gregorius libro 31. Moralium cap. 6. & sequentibus. Primum docet struthionem typum hypocrite esse, quia videlicet alas quasi ad volandum specie tenus erigit, sed tamen nunquam se a terra volando suspendit, sic enim hypocritas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum secularium pondere prae grauari, nullatenus a terra subleuantur, quare penna struthionis ad penas herodij & accipitris similitudinem coloris habet, virtutis autem veram effigiem non habet.

Hypocrita
struthionis
paratur ex
Greg.

III.

Struthionis
pulli quo pa-
lo excluduntur.

Deinde obseruat hypocritam etiam iactat struthionis oua negligere, solet enim struthio oua, quae parit negligere, & in puluere, atque in arena derelinquere, cuius vehementi calore pulli postea excluduntur, nec enim nisi in locis calidissimis struthio nascitur, sic etiam hypocritas quia charitatis ardore non calent, de torpore proles edita, id est, de ouorum suorum frigore nequaquam dolent. Itaque negligunt quod pes oua conculcet, id est, quod filij sui prauorum operum exemplis peruertantur: hunc pedem Paulus discipulis, quasi ouis, quae posuerat, metuebat, cum diceret ad Philippenes 3. *Multi ambulat, quos sepe dicebam vobis, nunc autem & stens dico inimicos crucis Christi.* Et iterum, *Erudete canes, videte malos operarios.* Et 2. ad Thessalonicenses 3. *Denuciamus vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* Quae hypocritarum conditio magis adhuc illis verbis exprimitur, *Duratur ad filios quasi non sint sui,* quam mollia e contra viscera gestabat Paulus, cum dicebat ad

Philip 3. 13.
2. Thessal.
3. 5.

Viscera Pau-
lian Philipp.
quam mol-
lia.

Philip 1. 8.
Philippen-
sis conuersio,
Pauli gloria.
1. Cor. 15. 31.

Philippenes 1. *Testis mihi est Deus, quemodo vos omnes cupiam in visceribus Christi Iesu.* Imò vsque adeò letabatur de conuersione profectuque fidelium, ut per gloriam eorum iuraret tanquam per rem sibi charissimam: hunc enim sensum habet illud. *Quotidie morior per vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu:* vbi de communi & vera sententia illud per, iurantis est, patetque ex Graeco contextu, in quo legimus *per*, quae particula iurantis est: iurat verò Paulus per gloriam seu gloriationem ut Graece est, quam sperabat habituros fideles in patria, sic enim nonnulli interpretantur, quam rem, quia charissimam habebat, idcirco per eam iurabat: si verò legamus, *per gloriam nostram*, ut plerique Graeci codices habent, iurat Paulus per suam ipsius gloriam, quam ex conuersione fidelium comparabat, tanquam per rem sacram, & sibi iucundissimam: quod eodem spectat, mitto alias huius loci expositiones, quae ad rem praesentem non faciunt.

Quid

Quid significet illa sententia. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo.

SECTIO II.

IN TER alia de quibus Christus conqueritur cum Sardensi Angelo, illud est I. præcipuum, quod non inueniat eius opera plena coram Deo, seu ut Græcè est, *πεπληρωμένη*, id est, impleta, quod peculiarem expositionem desiderat. Sciendum est igitur appellari plenum, quod habet totam perfectionem suæ naturæ conuenientem: quo in sensu Genes. 41. Septem illæ spicæ, quas vidit Pharaon fertilitatem septem annorum portendentem, appellantur plenæ, atque formosæ, sicut è contrario vacuum, & inane dicitur, quod eam non habet: quo sensu terra in principio mundi, dum non erat vestita floribus, cuncta arboribus, referta animalibus, *inanis* & *vacua* dicitur. Genes. 1. pro quo Hebraicè est, *רבוהו* quod propriè *inane*, & *vacuum* significat, quod videlicet finem illum, cuius gratia conditum est, non assequitur. Ex quo iam multa intelliges, quæ in sacris literis dicuntur habere, aut non habere plenitudinem: primum enim is qui illud vitæ spatium sibi à natura definitum attingit, neque casu, aut euentu fortuito, aut ex Dei iudicio ante illud è vita tollitur, dicitur, obire diem suum *plenus dierum*: quemadmodum Gen. 25. *Plenus die-* de Isaac dicitur: *Completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum, consumpsitque rem.* *etate mortuus est, & appositus populo suo senex, & plenus dierum.*

Genes. 41.

Genes. 1. 2.

Genes. 25. 17

Plenus die-

II.

D. Athan.

lob. 5. 26.

Vir iustus,

tritici acer-

uus.

Matth. 3.

D. Greg.

Tempore

suo peccato-

res percunt.

Eccles. 19. 3.

Psal. 57. 25.

Eccles. 7. 18.

Tempora

ante Christi

aduentum,

vacua & in-

ania

Ad Gal. 4. 4.

Ephes. 1. 10.

Ad idem confirmandum Diuus Achanasius in Apologia de fuga sua affert illud quod dixit Eliphaz amicus Tob cap. 5. *Venies* (si iustus fueris) *in sepulchrum ut seges matura, suo tempore demessa, & ut manipulus area in tempore collectus, seu ut nos habemus: ingrediens in abundantia sepulchrum, sicut inferretur aceruus tritici in tempore suo.* Vbi obiter aduerte iustum virum appellari *aceruum tritici*, quia post laborum trituram, *plenus dierum* in Dei horreum congregabitur: quemadmodum dicitur Matth. 3. & eleganter expendit D. Gregorius lib. 6. *Moralium* cap. 29. *Resse, inquit, dicitur: sicut inferretur aceruus tritici in tempore suo, frumentum enim in segete sole tangitur, ventis concutitur, atque ad aream deductum triturationis pondere premitur, ut à palearum connexionè soluatur. Denique relictus paleis ad horreum ducitur. Sic enim anima iusti in hac vita à superno lumine illustratur, tentationibus exercetur caelesti disciplina suppedita, dum correctionis flagella percipit, à societate carnalium mundior recedit, & relictus paleis ad horreum ducitur, quia foris remanentibus reprobis, ad superna mansionis gaudia eterna subleuatur. Dum enim post afflictionem iusti premia patriæ caelestis inueniunt, quasi post pressuras ad horreum grana deferuntur.* Hactenus Gregorius. E contrario de immatura morte impiorum dixit Ecclesiasticus, cap. 19. *Tollentur immatura anima impiorum* Et Regius Vates Psal. 54. *Vir sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos.* Vnde est illud Ecclesiast. 7. *Ne impie agas multa, & noli esse stultus ne moriaris in tempore non tuo.*

Secundò tempora omnia antequam Christus, aduenisset, vacua erant, & inania, quia cum vniuersa vniuersi Christi causa condita fuissent, dum is non adueniret, merito vacua dicebantur: quo procul dubio alludit Apostolus ad Galat. 4. cum dixit: *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.* Et ad Ephes. 1. secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instruere omnia in Christo. Sicut enim autumnus dicitur tempus plenitudinis, quia in eo colliguntur, quæ in hyeme seminantur, & in vere germinauerant: sic ea, quæ tempore Patriarchatum seminata fuerant, & sub lege pullulauerant, in aduentu Saluatoris collecta sunt.

III. Tertiò, lex vetus, quæ tota ad Messiam, vel promittendum, vel delineandum referebatur iuxta illud ad Rom. 10. *Finis legis Christus*, vacua fuit & inanis, atque adeo ad gratiam conferendam ex opere operato minime efficax, quo sensu Paulus legalia appellavit, *infrima, & egena elementa*, ad Galat. 4. in cuius rei typum altare holocausti non erat solidum, sed inane, & vacuum; quemadmodum dicitur Exodi 27. *Non solidum*, inquit Dominus, *sed inane, & vacuum intrinsecus facies illud*, idemque repetitur Exodi 38. Quia nimirum sacrificia legalia, imò & universa lex *inanis* intus erat, & *vacua*: Atque eam ob causam per cucurbitam illam Ionæ fuit expressa: solent enim cucurbitæ vacuæ intus esse: nam ubi nos legimus Ionæ 4. *Preparavit Dominus Deus hederam*, Septuaginta transtulerunt, *precepit Dominus cucurbitæ*: fuisse autem illam cucurbitam typum legis veteris, affirmat Divus Hieronymus in vigesimum sexum caput Matthæi. Et Divus Augustinus epist. 49. ad Deo gratias: atque idcirco Christus dixit Matth. 5. se venisse non ut legem solueret, sed ut adimpleret.

V. Id quod duplici similitudine exposuit Cyrillus Alexandrinus in dialogo de adoratione, & cultu in spiritu & veritate ad Palladium. Prior est. *Qui in tabulis, inquit, & picturis artificum suum ostendant, non statim quando pingere incipiunt, absolutam & ex omni parte perfectam speciem pingendo exprimunt, sed adubrunt prius, & coloribus obscurioribus effigiant: deinde vero congruis coloribus illustrant. Posterior. Fabri araristruam effecturi, primum obscuram speciem in cera faciunt: deinde illi igne liquefactum æ infundunt, & ita opus suum producant, ut novam speciem ac pulchritudinem habeat, adiectis ad umbram coloribus varijs, & apparet quidem, dum æ ceram liquefacit, abolere prima lineamenta, res autem ipsa non sic habet: verè enim dicere possunt & faber ararius, & pictor, non destruiumus umbras, nec omnino inutiles figuras fecimus, sed potius implevimus, nam quod in umbris & figuris tantum obscure deformiterque videbatur, id ad meliorem pulchrioremque formam productum fuit. Itaque implere sumitur pro perficere, ut vult Cyrillus, quemadmodum etiam exposuit D. Hieronymus in commentarijs super Matthæum iuxta illud ad Rom. 10. *Perfectio legis Christus*. Unde Paulus ad Roman. 3.*

Legem, inquit, destruiumus per fidem? Abst, imò magis legem stabilimus. Sic etiã D. August. lib. 17. contra Faustum Manichæum, cap. 6. *Plenitudo*, inquit, legis charitas, ut ait Apostolus Rom. 16. *Istam charitatem Dominus exhibere & donare dignatus est, mittendo fidelibus suis spiritum sanctum: lex enim per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Ioan. 1. *Igitur lex cum impleta est, gratia & veritas facta est: gratia pertinet ad charitatis plenitudinem veritas, ad prophetiarum impletionem: & quia utrumque per Christum, ideo non venit solvere legem aut prophetas, sed adimplere.* Hæc Augustinus.

Quartò, Fides tunc plena dicitur cum est coniuncta cum operibus, si enim VI. operibus careat, vacua est, quippe quæ caret perfectione sua, ad quam suapte natura aspirat: quod disertis verbis dixit Apostolus ad Heb. 10. *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei.* In quem locum D. Thomas docet, fidem duobus modis fieri plenam. Vno quoad materiam, cum videlicet creduntur omnia, quæ ad credendum proponuntur: altero quoad formam, cum nimirum fides est formata per charitatem iuxta illud ad Rom. 13. *Penitudo legis est dilectio.* Eodem sensu de suæ vocationis gratia ad fidem, & Apostolatum dixit Paul. 1. ad Cor. 15. *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi, ubi vocationem suam plenam vocavit, quia abundantius omnibus laboravi.* in Paulo cur pat. Quintò, Tunc aliquis dicitur suum ministerium adimplere, cum muneri suo, vel minima in parte nunquam deest, alioqui erit in eo ministerium inane & vacuum. Quò allusit Paul. 2. ad Tim. 4. *Dum dixit, ministerium tuum imple.*

Lex vetus, inanis & vacua. Ad Roman. 14. 4. Ad Gal. 4. 9. Exod. 27. 9. Exod. 38. Ionæ 4. 6. Cucurbita. typus legis veteris. D. Hierom. D. August. Matth. 5.

D. Hieron. Ad Roman. 10. 11. D. August. Per charitatis plenitudinem veritas prophetiarum implet Christus legem. Fides cum operibus plena. Ad Hebr. 10. 22. D. Thom. 1. 2. 10. 1. Cor. 15. 10. Gratia Dei in Paulo cur pat. non vacua. 2. Tim. 4. 5.

Ex his iam intelliges cur opera Sardensis Episcopi non inueniantur plena: etenim cum ille, ut initio diximus, hypocrisis vitio laboraret, carebant eius opera recta finis intentione, quippe cum ad inanem gloriam referrentur; atque adeo erant planè vacua, & inania, quia nihil merebantur: eam ob causam D. Gregorius libro 8. Moralium cap. 28. ait hypocrisim comparari fano tectorum. Psalm. 128. cum dicitur, *Fiant sicut fanum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. Fanum, inquit, tectorum in alto nascitur, sed nequaquam radice solidatur, sic etiam hypocrisis summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur, quod nimirum sanum antequam euellatur, arescit: quia cum hypocrisis sine intentione recte cogitationis bona studuit agere, ea amittens indicat se sine radice floruisse. Accedit, quòd hic Episcopus ex charitate deciderat, quemadmodum in hunc locum docet D. Augustinus, seu Ticonius, & verba illa planè significant, non habes, quod viuas & mortuus es: quo fit ut eius opera, cum charitate, in qua operum plenitudo posita est omnino carerent, vacua, & inania iure optimo dicantur. Notandum verò est illud, quod subiungitur, coram Deo meo. Opera enim huius Episcopi plena quidem coram hominibus videbantur, sed tamen coram Deo, qui intimam operantis intentionem penitus inspicit, plenitudinem non habebant. Vnde Paulus 1. ad Corinthios 10. *Qui gloriatur, inquit, in Domino glorietur: non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.**

Sardensis Episcopi opera cur non plena.
Opera sine recta intentione, vacua.
D. Gregor. Psal. 128. 6.

D. August.

Absque charitate, nihil plenum.

2. Cor. 10. 18.

IEGAS
IN
POCALYP
CII
23

COMMENTARIUM SECUNDVM EXEGETICVM.

DE ANGELO PHILADELPHIÆ.

Quid literæ contineant, deque earum inscriptione.

Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clauem David, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.

SECTIO PRIMÆ.



Literæ nihil reprehensionis continent: quemadmodum neque illæ, quæ datæ sunt ad Episcopum Smyrnensem. Primum igitur laudatur Phyladelphie Angelus: deinde ei prædicationis gratia promittitur: tum aduersariorum conuersio prænuntiatur: postea promittitur in tribulatione præsidium: denique ad perseverandum incitatur.

Summa literarum.

Quod verò attinet ad inscriptionem, ea est huiusmodi: *Hæc dicit sanctus, & verus, qui habet clauem David, qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Cuius inscriptionis ratio prima affertur à Richardo de sancto Victore: quia enim hic Episcopus ad prædicandum animatur, proponitur ei Christus, tanquam sanctus, qui bonitate, atque adeo eorum, qui conuertuntur, sanctitate gaudet, & tanquam verus, in implendis promissionibus, & habens clauem scientiæ, & intelligentiæ scripturarum: ut nimirum hic Angelus diuina sibi ad prædicandi munus obeundum necessaria præsidia, & remunerationem laboris polliceatur. Secunda est Ruperti, qui iuxta suam de septem Spiritus sancti donis

I.

Rich. Vict.

Quæ exiguatur in prædicatione dicit, præmonstrat Christus.

Rupertus.

expositionem, quæ per hos septem Angelos distribuit, spiritum intellectus huic Episcopo protinuit existimat, cuius est Sacrarum scripturarum secreta, quibus voluerit, aperire, & quibus voluerit abscondere, iuxta illud Matth. 11. *Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*, quia verò Philadelphiæ amorem fraternum significat, proponit sese Christus in eo imitandum, qui vsque adeo magnus fuit, vt omnes amore plusquam fraterno dilexerit, vt nimirum eos Philadelphiæ Angelos, id est, amoris fraterni nuntios, & prædicatores efficeret, iuxta illud Ioannis 15. *Hæc est præceptum meum, vt diligatis inimicem, sicut dilexi vos.*

Ioann. 15. 11.

III.

Clavis Dauid pro intelligentia omnium prophetarum.

Christus sanctitatis fons.

Quod verò additur, *verus*, significat eum qui amore fraterno excelluerit, ampliori veritatis cognitione honorandum. Id quod adhuc per sequentia luculentius exprimitur. *Qui habet*, inquit, *clauem Dauid* sed est, omnium Prophetarum, quorum intelligentiam ijs quibus voluerit poterit vberissime impertiri. Ex omnibus vero Prophetis solus Dauid quasi instar omnium est nominatus, quia ille præ cæteris genere, gestis, regno, vaticinio, mysteria Christi ad viuum expressit. Quæ omnia necessario proponenda fuerunt Philadelphiæ Angelo, vt sese ad prædicandum, molestiasque ac labores, qui in eo munere sæpe incidunt, subeundos animosè compararet. Tertia, & postrema est Pannonij, dicentis proponi Christum tanquam Sanctum, quia ad sanctos scribitur, vt eum agnoscant verum sanctitatis fontem, & quia iidem erant veritatis propugnatores, addi, *verum*. Denique quia subiungendum erat; *Eccce datur coram se ostium apertum*, dictum fuisse *qui habet clauem Dauid*, quæ clavis ad aperienda diuina mysteria quæ in Prophetis clausa continentur, referenda est: verù hæc ex ijs, quæ dicturi sumus planiora fient.

Quænam sit Clavis Dauid, quàm habet is, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.

SECTIO II.

I. **C**ommunis est prima expositio, hanc clauem Dauid esse clauem scientiæ, qua Scripturæ aperiuntur, de qua dicebat Christus Phariseis: *Va vobis hypocritæ, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & qui introibant, prohibuistis*. Dicitur autem huiusmodi clavis peculiari nomine, *clavis Dauid*, quoniam vt ait Rupertus, & alij, Dauid luculentius, quàm reliqui Prophetæ, Christi, & Ecclesiæ mysteria cecinit, atque adeo merito instar omnium Prophetarum censetur, vt qui clauem Dauidis ad aperiendum habuerit, simul illam ad reliquos Prophetas intelligendos habere credendus sit. Atque hinc colligimus id quod docet Petrus 2. sua Epistola canonica, Scripturam sacram non esse spiritu proprio interpretandam, siquidem Christus eius clauem habet, & quod est consequens, eius notitiam vt ait hic Ioannes, cui vult aperit, & cui vult claudit, nec aliquis cui is aperit, claudere: neque cum claudit, potest aperire. Eodémque sensu plerique interpretantur librum illum signatum sigillis septem, quem solus Agnus potuit aperire, vt refertur Apocalypsis 5.

Clavis Dauid, quid hic crita, qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & qui introibant, prohibuistis. Rupertus.

Dauid instar omnium prophetarum.

Sacra scriptura, liber signatus. Apoc. 5.

II. Arrogantia hereticorum circa intelligentiam scripturarum.

Contra quam impudenter garrunt nostri temporis hæretici, qui sibi Scripturæ factæ intelligentiam arrogare, imò de eius vero sensu controuersias ad quamuis è lipporum grege rabulam tanquam ad iudicem, ac censorem per summam contradicendi libidinem deferre præsumunt, contempto Hieron. August. reliquorumque Ecclesiæ luminum, imò, & vniuersæ Ecclesiæ iudicio, illud prætextentes

textentes scripturam Sanctam facillimam esse, & appetitissimam, nec vident Regium varem à Deo intellectum ad eam intelligendam postulasse. *Psalm 118. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam.* Et iterum. *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Et rursum. *Faciem tuam illumina super servum tuum, & doce me iustificationes tuas.* Quæ verba expendens D. Hier. in epist. ad Paulinum de instit. monach. *Si tantus, inquit, propheta tenebras ignorantia confiteretur, quæ nos puerulos, ac penellentes in scissa nocte circumdari?* de quo argumento legendi sunt Irenæus lib. 2. aduersus hæreses c. 47. Orig. lib. 7. contra Cell. Ruffinus lib. 11. hist. cap. 9. D. Hieron in epist. ad Paulinū de studio scripturæ, & in epist. ad Algafiam, quæst. 8. D. Aug. lib. 2. de doctrina Christi. cap. 6. & epist. 3. D. Greg. homil. 6. in Ezechielem. D. Chryf. homil. 40. in Ioannem. super illud: *Scrutamini scripturas.* Quo loco Chrylost. in hunc sensum obseruat verbum illud *Scrutamini. Non dixit, inquit, legite, seu scrutamini, quia oportet profundius effodere, ut quæ alte delirescunt, inuenire possimus: non enim rem in superficie, & in promptu positam effodimus, sed quæ tanquam Thefaurus profunde reconditur: locus vero ille Deuteronom. 13. quo hæretici abutuntur, Mandatum, quod ego præcipio tibi hodie non super te est, neque procul positum, neque in celo situm, neque trans mare. Non de facilitate intelligendi scripturas, sed implendi cum Dei gratia præcepta accipiendus est: ut indicetur præcepta Dei non esse impossibilia. Sic enim exponit Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. D. August. lib. de perfectione iustitiæ, responsione penult. Origenes, Ambrosius, Chrylostomus in cap. 10. epistolæ ad Romanos.*

Secunda expositio est Bedæ, qui per *clauem* intelligit potestatem regiam, quæ Davidis dicitur, quia Christus in regali Davidis prosapia, atque ad eum ex tribu Iuda traxit originem: quo etiam modo locutus est Elaias c. 22. cum dixit ex Patris persona, *Dabo clauem domus David super humerum eius.* Rectè autem potestas Christi regia, super humerum eius, posita dicitur, quia non ad splendorem dumtaxat, sed multo magis ad laborem eam habuit. Subiungitur autem, *Qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit:* quia potestati Christi omnia sunt subiecta, & nemo potest resistere: iuxta quam expositionem notandum est optimo iure regiam potestatem per *clauem* significari, cum ad Regem pertineat regnum, quomodo voluerit, per legum æquitatem constituere, aperiendo nimirum, & claudendo, id est, præcipiendo quædam, quædam vetando, priuilegia bene de Republica meritis concedendo, nefarios homines pœnis ac supplicijs à sceleribus cohibendo: probos autem præmijs & honoribus in dies amplificando. Denique ipse habet clauēs regni, quia ex regis cuiusque, vel a qua, vel iniqua administratione pendet omnino regni, vel salus, vel euerio.

Id quod sacra litera, alia quoque similitudine significant, eum regna quadragis comparant Zachar. 6. vbi quatuor mundi imperia, quatuor quadragis exprimitur, quia nimirum reges sunt, veluti aurigæ, qui suorum regnorum habenas, vel ad salutem, vel ad perniciem moderantur: & D. Hieron. in commentarijs super Abacuch in illa verba capitis tertij, *Fluuios scindes terra,* existimat eo loco Reges ad literam, *Fluuios terra,* dominari, ut sit sensus, Reges terræ aduersus populū tuum dimicantes diuides, atque disperges. Ratio vero ea est, quia fluuij terras quas abluunt, aut opportunis irrigationibus fecundant, aut in tempestiuis inundationibus euertunt. Quam ob causam in sacris literis, regionum felicitas, aut infidelitas ad Regum bonitatem, aut malitiam referuntur. Vt Ecclesiastici cap. 10. *Na tibi terra cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedant, id est, gula, & luxu vacant.* *Beda terra cuius Rex nobilis est, cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum.*

Sapient. 6. 26 non ad luxuriandum. Et sapientia 6. Rex sapiens stabilimentum populi est.

Tertia expositio est Ambrosij Ansberti. Per *clauem* hanc Christum ipsum intelligentis; quæ potest ex eo confirmari, quod in contextu non dicitur quæ *aperit*, & quæ claudit, sed qui *aperit*, & qui claudit. Itaque Christus, & est ostiū, Ioannis 10. *Ego sum ostium*, & *clauis*, & clauiger ipse, qui aperit. Verum aduerte non sit esse *clauem* ad aperiendum, & claudendum, vt nostrum liberum conuersum respuat: etenim nos etiam dicimur, *aperire*, & ille *pulsare*, iuxta illud, quod hoc eodē capite pauld inferius explicabimus: Ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam intrabo ad illū. Aperit igitur Christus intellectum ad credendum, voluntatem ad diligendum, aperit paradysum probis, claudit nefarijs. Quarta expositio est de cruce, quæ Christus tanquam clauis paradysum claudit, & aperit, sic enim eam appellat D. Chrysostomus, tomo 2. homil. de diuinitate, quæ de re iam aliàs diximus. Quinta est de penitentia, quæ etiam *calum* aperit. Vtriusque meminit Hugo Cardinalis in hunc locum.

VI. Ex omnibus hisce expositionibus illa videtur germanior, quæ *clauem* ad intelligentiam, & scientiam scripturarum refert, vt videtur perpicuum ex illis verbis, quæ sequuntur. *Eccc dedi coram te ostium apertum, quia medicam habes virtutem.* Quod *ostium* communis interpretum expositio, de scripturarum intelligentia, & munere prædicationis intelligit. Verum dubitabis, cur ea ostij aperiendi ratio tradatur. *Quia, inquit, medicam habes virtutem.* Respondeo sensum esse, quia, inquit, ex te parum, potes, atque adeo nisi ego ostium aperuerō, id tuis viribus præstare minimè poteris: nec enim locum intelligendum esse de exiguo in virtutibus progressu palā est ex eo quod Græcè non legimus *ἀπερτεω*, id est, virtutem, sed *δύναμιν*, id est, potentiam. Accedit quod mox subiungitur: *Et seruasti nomen meum, & non negasti nomen meum*, quibus verbis significatur hunc Episcopum morum sanctitate excelluisse.

Ioachimi Abbatis, de Philadelphia Angelo vaticinium.

SECTIO III.

I. Ioachimus Abbas Florentis Cœnobij, ordinis sancti Benedicti, ex Calabria Ioriundus, vir fuit diuinarum literarum cognitione nō medio crite instructus, quippe cū Hieremiam, Esaiam, Daniele, & Apocalypsim Ioannis suis commentarijs illustrauerit, multāque alia ediderit ingenij sui, & eruditionis monumenta. Floruit tempore Lucij tertij, Urbani tertij, Gregorij octauj, & Clementis tertij, summorum Pontificum ante quadringentos annos. Is prophetiæ spiritum habuisse, suo tempore fuit existimatus, quemadmodum testatur frater Syluester Meucius de Castellatione Aretino, Augustinæ familiæ in epistola quam de Ioachimi operibus conscripsit ad Egidium Presbyterum Cardinalem, quæ eisdem operibus præfigitur. D. Anton. 1. par. Chronicon. titu. 17. cap. 1. §. 12. Sixtus Senensis, lib. 4. suæ Bibliothecæ, & Gulielmus Parisiensis in libro de virtutibus. Diciturque templum sancti Marci Venetijs celeberrimū lapidibus stratasse, atque exornasse glypticis, mysticisque notis, anigmaticisque figuris rerum in Italia vicissitudines, ciuiliū bellorum turbines, alienissimæque sua tempora, in quæ adhodiernum vsque diem incidit, & in posterum etiam incidet, continentibus. Itaque ei Clemens tertius Pontificatus sui anno primo præcepit, vt Apocalypsis interpretationem quam de mādato Lucij, & Urbani, fuerat auspicatus, ad finem tandem perduceret, sibi que offerret, vt constat ex literis Clementis ad eundem,

Ioachimus
Abbas unde
oriundus.

Quo tempo-
re floruerit.
Silu. Mœu.

D. Anton.
Sixtus Sen.
Gulielm.

quæ ad initium commentariorum Ioachimi in Apocalypsim circunferuntur. II.

Et quamvis Conciliū Lateranense sub Innocentio tertio, vt refertur de summa Trinitate, & fide catholica cap. Dānamus, cuius etiam meminit D. Antonin. tertia parte Chronicon. cap. 1. 7. damnet libellum, seu tractatum, quæm Ioachimus edidit de vnitāte, seu essentia Trinitatis aduersus Petrum Lombardum Magistrum sententiarum, hæreticāque pronūtiōe Ioachimi sententiam, quatenus affirmabat, non dari essentiam vnā communem tribus personis, existimans si præter personas concederetur vna essentia, quæ esset Pater, Filius, & Spiritus sanctus, inuehi quaternitatem in Diuinis. Quamuis, inquam, Concil. Lateranense sententiam hanc damnet, vt hæreticā, vt re vera est, simul tamen ibidem docet Ioachimum hæreticum non fuisse, cum omnia sua scripta Apostolica sedis arbitrio diiudicāda, & corrigenda commisisset peculiari ea de re epistola, quam propria manu subscripsit. Idemque repetit Glossa in cap. Dānamus, citatum de summa Trinitate & fide catholica. Extat etiam in Bibliotheca Vaticana, epistola Honorij tertij Romani Pontificis ad Episcopum Lucanensem aduersus Ioachimi obtrectatores, quam breuitatis gratia hoc loco describendam non putauimus: quare satis mirari non possum cur Alphonsus à Castro libro secundo aduersus hæreses, titulo Apostoli, tam male de Ioachimo senserit, vt eum leuitatis infimulare, scriptaque eius omnia carpere non dubitet, eo quod dixerit Apostolos non secundum spiritualem intelligentiam, sed tantum secundum literam Euangelium prædicasse, potuit enim vt homo in quibusdā lal. Et quidem quod ad rem præsentem attinet, illud non mediocriter facit ad existimationem Ioachimi, quod ad Ioannis Apocalypsim suis commentariis illustrandam, trium summorum Pontificum, vt diximus auctoritate fuerit, & exhortationibus incitatus. Quæ omnia ed commemorauimus vt virum sua ætate celebratissimum ab hæresis nota cum Concilio Lateranensi cuius hac de re declaratio multo amplior refertur à Francisco Pegna, in commentariis super Directorium Inquisitorum, Fratris Nicolai Vlumerici, prima parte, capite secundo, commentario primo, simulque ab aduersariorum calumniis vindicaremus.

Lateranense
Concilium
damnat hæ-
resis ioachi-
mi dictum,
non personā.

Denique vt esset exploratum quo loco habenda sint Ioachimi, quæ in hoc III. opere sæpè incidunt, rerum futurarum præsentiones, in quibus celebris est illa sub Philadelphie Angelo, quo nouum quendam ordinem in Ecclesia futurum signatum fuisse prædixit his verbis, *Operiet Ecclesiam concipere nouum quendam spiritualem intellectum, siue etiam promissionis filios, & prolem præ cæteris spiritualem, hoc est ipsum ordinem, quem designat Iesus, qui videlicet ordo præ multis alijs, qui præcesserunt eum, inanis, & præclarus, infra limitem quidem secundi status iniiciendus est, hoc est in tempore sexto, si tamen vsque adhuc non est in aliquibus initiatus: quod tamen mihi adhuc non constat, quia initia semper obscura, & contemptibilia sunt, multiplicandus vero, & dilatandus in tertio illo statu sæculi, qui in tempore nouissimo futurus est. Et inferius. Qui quidem, inquit, ordo a sexto tempore secundi status accepturus est suum initium, sed in tempore magis tertij consequenturus est augmentum: magna sunt nimis hæc mysteria, & diligenti seruatione pensanda.* Hæc Ioachimus.

Nouum ordi-
nem sub Phi-
ladelphia
Angelo si-
gnatum, fu-
turam præ-
dixit ioachi-
mus.

Quæ vt intelligas, aduerte eum tres status Ecclesie constituere. Primum ab Abrahamo, siue à Jacob vsque ad Ioannem Baptistam. Secundum à Ioanne Baptista vsque ad tempus plenitudinis Gentium, vt loquitur in Introductorio in Apocalypsim, capite quinto: aut conuersionis Israel, aut vsque ad sua circiter tempora, vt loquitur ibidem capite decimo septimo. Itaque finem secundi status non planè definit. Tertium denique inde vsque ad finem mundi. Sextum vero

III.
Tres status
Ecclesie et
diuidat ioa-
chimus.

tempus, vel sextam ætatem secundum aliam suam diuisionem facit à Christo vsque ad finem mundi, in qua duo posteriores status includuntur.

U II.
Ioachimi vaticinium a d
Societate per
tinere putant
aliqui.

Dominica-
norum, &
Franciscano-
rum simile
à Ioachimo
prænotian-
tur.

pertinere arbitrentur, cum videant hunc ordinem quemadmodum prædixerat Ioachimus designare nomine suo Iesum, quam ego quidem sententiam admodum piã, nec à Ioachimi, vel sensu, vel consuetudine abhorrentem existimo: solet enim ille in suis elucubrationibus statim se ad Ecclesiæ statum varietatẽq; in Religiosorum familijs describendam conferre. Sic namque duos illos in Ecclesia illustrissimos ordines Dominicanum, & Franciscanum, ceu in cælo duo fulgentissima sidera, mox futuros prænotauit, imo iam in tertis agere eorum fundatores qui breui iacerent tam præclari ædificij fundamenta, quam prædictionem euentus ipse comprobauit. Etenim tribus annis post sanctus Dominicus multo clarissimum Ecclesiæ lumen eximium Prædicatorum ordinem fundauit: & eodem tempore D. Franciscus Minorum ordinem, quæ tamen maximũ erexit, qui duo Patriarchæ sanctissimi Lateranensem Basilicam in suis humeris sustinere per visum Romano Pontifici videbantur, vt & Symbolo perspectum esset Ecclesiæ fabricam duobus hisce heroibus, tanquam duabus columnis firmissimis magna ex parte sustentatum iri. Aliorum igitur erit in Phyladelphia Angelo qui ab amore fraterno deducitur arduissimum illud amoris vinculum intelligere, quo se fratres nostri ob eiusdem instituti communionem, vbi gentium, non sine omnium admiratione complectuntur. Aliorum erit magnificam literarum inscriptionem, qua Christus huic Angelo se sanctum, & verum nominat, Societati nostræ accommodare, religionemque pro sanctitate, & veritate non modo inter catholicos, sed etiam inter hæreticos, & infideles ad vltima vsque sola terrarum depugnantem ea inscriptione officij admonitã agnoscere. Aliorum erit intelligere ei à Dauidis clauem habente, ostium ad Gentem conuersionem singulari beneficio vbi que terrarum aperiri, cum videant huiusmodi ordinem breuissimo temporis à sua fundatione decursu ad extremas orbis prouincias portentosa celeritate pene trasse, atque in eis illustrissimum Crucis vexillum summa Ecclesiæ gratulatione sustulisse. Denique cætera quæ Phyladelphia Angelo dicuntur, ad mentem Ioachimi de eo ordine interpretari.

Nostrum autem erit, vel ob eas præcipuè laudes, quas in nobis minime agnoscimus eiusmodi expositione habere suspectam: quare nos modo nihil de vaticinijs huius siue veritate, siue expositione definimus, idemq; iudicium ferendũ putamus de alio quodam vaticinio, quod à sancto Vincentio ordinis Prædicatorum editum legimus ad calcem eius libelli, quæ de vita spirituali conscripsit: simili enim pietate viri grauissimi illud ad Societatem nostram referendum putarunt, maiori scilicet de nobis opinione concepta, quam nos ipsi vt pote omnium minimi, conuenire nobis arbitremur. Scribit igitur his verbis Vincentius. *Tria sunt à nobis singulariter, & quasi assidue meditanda. Primum; Christus crucifixus, incarnatus, secundum, status Apostolorum, & fratrum præteritorum nostri ordinis, & hoc cum desiderio vt illis conformemur. Tertium, status virorum Evangelicorum futurus, & hoc debet die nocteque meditari, scilicet statum pauperrimorum, simplicissimorum, & mansuetorum, humillimorum, abiectionum, charitate ardentissima sibi coniunctorum, nihil cogitantium, ausloquentium, nec sperantium nisi solum Iesum Christum, & hunc crucifixum, nec de hoc mundo curantium, suiq; oblitum, supernam Dei, & beatorum gloriam contemplantium, & ad eam medullitus suspirantium, & ob ipsius amorem semper mortem sperantium, & ad instar Pauli dicentium. Cupio dissolui & esse cum Christo, & innumerabiles ac inestimabiles thesaurus diuitiarum caelestium & super*

super dulces & mellifluis riuos diuitiarum, suauitatum, ac iucunditatum, & super omnia mirabiliter expansos, & superinfusos. Et per conuersationes imaginari debes eos ipsos, ut cantantes canticum Angelicum cum subilo citharizantium in citharis cordis sui, hæc imaginatio duces se plusquam credi potest in quoddam impatiens desiderium aduentus illorum temporum. Hæc tenus Vincentius.

Sunt sanè hæc ita magna & præclara, vt ob eorum magnitudinem summa sit VI. arrogantia velle quempiam eorum partem vel minimam sibi assumere, magna- que præter modum fuerit illorum pietas, qui tam præclarum vaticinium posse in nostram Societatem cadere, sibi in animum induxerunt. Cæterum, vt aiebant, cum videre, ut Societatis nostræ viros ex sui instituti ratione in id potissimum incumbere, vt Evangelicam fidem, doctrinamque vbique gentium disseminet, atque ad omnes orbis prouincias eius rei gratia obeundas peculiari solennis voti cæremonia se Pontifici Maximo Christi Domini in terris vicario obligare, nimirum putabant, eos de viros illos Evangelicos, quos Vincentius diuino instinctu afflatus, futurus in Ecclesia prædixerat, eademque pietate pauperimos eos arbitrabantur, qui siue in collegijs agerent, quanquam in commune bona possiderent, ita tamen priuatiui uiuerent, ac si nihil in communibus bonis haberent: siue autem in professis domibus degerent, nihil omnino non solum propriè, sed in commune quædam habere posse. Nonem possent, nec vlllo modo se ex collegiorum redditibus etiam elemosynæ nomine iuuarent, ac peculiari voto se astringerent, vt si quid circa paupertatem immutandum aliquando foret, ad severitatem potius, quàm laxitatem penderent. Parique ratione cum ij viri quos diximus plus iusto nostrarum rerum studiosi perspicerent, quanta cura Societas in proximorum salutem incumberet, quanto studio omnium etiam infimæ sortis hominũ tum animæ, tum corporis bonum procuraret, quanto animi ardore nulla pericula religioni causa subterfugeret, quanta alacritate littora, freta, maria transmitteret, atq; ad vltimas, ac longissimè distitas barbararum gentiũ prouincias penetraret, regnæque à mundi vique ferè initio Evangelicis nuntijs occlusa aperiret, immaniumque nationum aures Evangelicæ tubæ salutari sonitu completeret, easque efferatas licet, & more ferarum degentes, ad Christianam mansuetudinem pietatẽque condoceretas traduceret: putabant hos esse viros, qui nihil præter Iesum Christum, & hunc crucifixum saperent, intelligerent, cogitarent. Cum etiam voluerent animo, quàm arcto amoris vinculo Societatis homines inuicem deuincti essent, quàm singulari sese amore complecterentur, & quamuis genere, linguis, terris dissiderent, corde tamen ac voluntatibus essent coniunctissimi, suspicati sunt eos esse, quos vir sanctus dixerat ardentissima inuicem charitate exarsuros, quam eandem ob causam Ioachimus, vt superius diximus, in Phyladelphie Angelo, qui amorem sonat fratrum, de multorum sententia, eandem Societatem nostram adumbratam fuisse existimauit. Denique ne singula persequar, cum ijdem secum reputarent, quam breui temporis spatio minima nostra Societas orbem peruaserit, & in omnibus ferè non Christiani tantum, sed infidelis etiam orbis prouincijs sedes fixerit, non immeritò credendum putarunt eos esse homines quos Vincentius mirabiliter expansos appellasti.

Atque hæc quidem pro sua in nos pietate, & propensione sibi persuaserunt viri VII. & literis & dignitate grauissimi, quos nominare hoc loco nõ est necesse, quæ tamè nos ob eorum magnitudinem minimè in nobis agnoscimus, & ad aliũ quempiam potius ordinẽ, quàm nostrum, referenda esse existimamus, quippe qui mi-

Quibus ducti
causis viri
graves
Vincentij
vaticinio ad
nostram So-
cietatem re-
tulimus.

LEGAS
IN
POCALYPT
CAP
25

nimos nos omnium, & inutiles seruos esse fateamur: nec vero eò præcedentia vaticinia cõmemorauimus, quasi aliquam eorum partem nobis arrogandam putemus, sed vt hac piorum vitorum de nobis cõcepta opinione, inflammati dicã, an confuli, ministerium nostrum implere studeremus, atque ad reliquorum ordinẽ, quibus multum in omni genere tribuimus, sanctitatem, & in Domini vinea laborẽ, studium, vigilantiam, quãdã eius fieri poterit, imitandam incitaremur.

Explicatur illa sententia: *Ecce Venio citò. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.*

S E C T I O III.

I. **H**unc locum sic Beda interpretatur, *Ne tolerando deficias, citò auxiliaberis*, sic enim accipit illa verba, *Ecce venio citò; ne forte te deficiente alius tibi propositam accipiat mercedem.* Itaque ne hic Episcopus animum despondeat in laboribus, pollicetur Christus se citò venturum, id est, citò opem laturum, aut quod videtur textui congruentius, opera remuneraturum: quæ etiam est Rupertus exposicio, & Richardi de sancto Victore, vt indicetur Episcopum citò moriturum. Illud autem, *Tene quod habes*, significat celestis vitæ conuersationem, qua gloriã promeremur: cum verò dicitur, *ne alius accipiat coronam tuam*, arbitrantur plerique alludi ad consuetudinem quandã: quæ tunc vigeat apud Philadelphios, proponi enim solebat cursoribus corona danda illi, qui ceteros cursu vinceret, vt sit sensus: Si Dei & mandatorum obseruatio, atque ad eò gloriæ consecutio in ipsa laborum tolerantia, quasi in quodam cursorum stadio posita est: Da igitur operam vt ceteros præcurras, ne alius laudem tibi, coronamque præripiat. Quod quomodo intellegendum sit paulo inferiùs explicabimus.

II. Primum, Ex hac sententia colligunt Primasius, Beda, Ansbertus in hunc locum, & Diuus Augustinus libro de correptione & gratia cap. 13. certum esse ac definitum prædestinatorum numerum, qui nec minui possit, nec augeri: propterea enim sic istum Episcopum Dominus ait propriam posse coronam amittere, vt alius eam percipere debeat, nec tamen alium posse succedere in eius locum, si ille vsque ad finem perseverauerit. Idemque significasse Ioannem Baptistam, Matthæi 3. cum dixit: *Facite ergo dignum fructum penitentia, & nolite dicere apud vosmetipsos, Patrem habemus Abraham, potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, docet Diuus Augustinus loco citato, vt ostendat, inquit, sic istos esse amputandos, si non fecerint fructum, vt non desit numerus qui promissus est Abrahæ.* Id quod Diuus Thomas 1. part. quæst. 23. art. 7. intelligit de numero certo, non solum formaliter, sed etiam materialiter: id est, non solum quòd tot saluari debeant, sed etiam quòd certi ac designati. Pro quo aduerte in sacris literis numerum prædestinatorum appellari fasciculum: veluti 1. Regum 25. cum Abigail dixit Dauidi, *si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & persequens animam tuam, erit anima Domini mei custodita quasi in fascicule viuentium apud Dominum Deum tuum: Porro inimicorum tuorum anima rotabitur in impetu, & circulo fundæ.* Vbi per fasciculum viuentium, numerum prædestinatorum intelligit Glossa ordinaria, quæ sumpta est ex Eucherio libro suo primo in libros Regum cap. 26.

III. Ratio vero prima huius similitudinis ea traditur ab Eucherio, quia nimirum fasciculus astringitur, vt conferuetur: Sic enim electi pressuris tribulationum constinguntur, vt ij admoniti per manus redemptoris in perpetuum conferuentur: quia vero reprobi, quò laxiores in vita sunt, eò longiùs à diuinæ visionis gloria

gloria proiciuntur. Idcirco lapidi fundæ comparantur: quod videtur alluisse Regius vates Psalm. 87. *Ipsi vero de manu tua repulsi sunt.*

Secunda quæ est eiusdem. Quia sicut fasciculus vinculo quodam & nexu colligatur, ita sanctorum cætus eadem fide, eadem spe, eodem charitatis vinculo constringitur, & vno, eodemque diuino præsidio vndique cingitur. Tertia, quia sicut fasciculus florû in manu ad oblectationem gestatur, ita electos omnes Deus in manu sua gestat, & virtutum odore, qui ex illis afflatur, continuo delectatur, iuxta illud Sapientia 3. *Iustorum anime in manu Dei sunt.* Quamuis ibi sit propriè sermo de protectione, qua Deus sanctos tuetur: vnde subditur: *Non tanget illos tormentum mortis.* Quarta, quæ ad præsens facit institutum, quia sicut fasciculus non nisi ex certis illisque lectissimis floribus conficitur, ita prædestinatorum numerus ex certis illisque charitatis virtutumque cæterarum odore, ac suauitate redolentibus existit.

Deinde quæres, quomodo verum sit, quod dicitur, *Ne alius accipiat coronam suam*, cum prædestinatio certissima sit, & infallibilis. Cui dubitationi respondendum putauit D. Thomas 1. p. quæst. 23. art. 6. vbi concludit, coronam dici alius dupliciter. Vno modo ex prædestinatione diuina: quo pacto nullus coronam suam amittit. Alio modo ex merito gratiæ: qua ratione quilibet coronam suam potest per lethale peccatum amittere: & alius illam amissam accipere, quatenus loco eius subrogatur, iuxta illud Iob. 33. *Contere multos & innumerabilei, & stare faciet alios pro eis:* hic enim in locum Angelorum, qui ceciderunt, substituti sunt homines, & in locum Iudæorum Gentiles. Itaque D. Thomas, coronam hanc non ad prædestinationem ipsam, sed ad præsentem iustitiam pertinere existimat.

Cæterum rectius D. August. libr. de correptione, & gratia cap. 13. de prædestinationis corona locum planè interpretatur, tunc obiectioni respondet, dictum esse huic Angelo & omnibus prædestinatis, *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*, ne alium sapiant: sed cum timore, & tremore salutem suam operentur. *Quis enim, inquit, ex multitudine fidelium, quando in hac mortalitate viuunt, in numero prædestinatorum se esse præsumat, quia id acculcari opus est in hoc loco, vbi sic cauenda est elatio, vt etiam per sathana Angelum ne extolleretur, tantus colaphizaretur.* Ad hoc ad Corinthios 12. Quam Augustini responsionem ita possumus luculentius tradere, quia nimirum diuina prædestinatio, nullam prædestinato necessitatem affert, atque aded integrum illi est ex æquo bene, vel malè agere: ac si prædestinatus non fuisset, verissime potest, si libertas eius spectetur, coronam amittere, quemadmodum & reprobis eadem ratione potest illam consequi, quod spectans Petrus 2. sua epistola cap. 1. dixit. *Sarazite fratres, vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis.* Quamquam ex hypothese quod alter sit prædestinatus, alter reprobus, hoc est in sensu composito, vt loquuntur Theologi, implicet prædestinatum coronam amittere, reprobumque eius loco succedere.

Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei Hierusalem nouæ, quæ descendit de caelis à Deo meo, & nomen meum nouum.

SECTIO. V.

Subscriptionis loco in literis ad Philadelphiam Angelum, ista ponitur sententia: *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei.* Quibus verbis significatur Ecclesiam templum Dei esse, sanctosque eius templi columnas: quorum

Psalm 87. 6.
Secundo propter charitatem.

Sapient. 3. 1.
Tertio propter odorem.

III.

D. Thom.

Corona quomodo amittitur, vel non amittitur, si perit.
Iob 33. 4.

D. August.

Cum timore & tremore

2. Pet. 1. 10.

1. Tim. 3. 15.
Psal. 44. 16.
D. August.
Zacha 6. 12.
Christus Ec-
clesie fun-
dator.
Ysa. 6. 1.
Ezech. 40.
D. Hieron.
D. Gregor.
Templum
Ezechielis o-
stium, ty-
pus Ecclē-
siae.

utrumque maiorem explicationem desiderat. Igitur Ecclesiam templum Dei esse multis in locis docent sacrae literae, veluti i. ad Timotheum 3. *Ut scias quomodo oporteat in domo Dei conuersari, quae est Ecclesia Dei uiuentis.* Et Psalms. 44. *Afferentur in letitia & exultatione, adducentur in templum Regis.* Quem locum D. Augustinus de Ecclesia interpretatur Zachariae 6. *Ecce uir oriens nomen eius, & subter eum orientur, & aedificabitur templum Domino.* Quo loco nomine Orientis, Rex Messias intelligitur, qui templum Ecclesiae erat fundaturus. Eisaie 6. *Plena erat omnis domus maiestate eius, & ea quae sub ipso erant replebant templum.* Atque hoc est illud templum, quod per uisionem ostensum Ezechieli fuit cap. 40. typum enim Ecclesiae fuisse docet D. Hieron. & D. Greg. super Ezechielem, & omnes ferè Patres, nec posse referri ad templum à Salomone aedificatum, ut uogantur Hebraei, ex eo est perspicuum quòd in eo flumen & arbores, quae singulis mensibus fructum ferebant, reperiuntur, praeterquam quod uel ipsa templi fabrica praeter modum noua, & admirabilis, minimè quadret in templum Salomonis, ut ex utriusque comparatione manifestum est.

II.
Ad Gal. 2. 9.
Apostoli,
sancti ora-
stansim,
Ecclesiastici
templi co-
lumnæ.
Psalm. 74. 4.
Augustinus.
Hier. 1. 18.
Cant. 3. 10.
Beda.
Tabernaculum
Mosis cum
habuerit co-
lumnæ.

Huius igitur templi columnæ sunt Apostoli, & praestantissimi qui que sancti, quemadmodum dixit Paulus ad Galatas 2. *Cum cognouissent gratiam qua data est mihi, Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnaba secretatis.* Et Psal. 74. *Ego confirmaui columnas eius.* In quem locum D. August. *Quid, inquit, essent istae columnæ, nisi à Deo firmarentur, quia terramotu quodam etiam ipsae columnæ nutauerunt in passione Domini. Ergo illae columnæ, quae in passione Domini nutauerunt, resurrectione firmatae sunt.* Et Hieremias. 1. *Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum aneum.* Atque has columnas expresserunt illae, quae Salomonis ferculum fulciebant, Canticorum 3. *ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnam eius fecit argenteam;* sic enim uolcum interpretatur Beda, in eiusdemque rei typum, Mosaicum illud tabernaculum, quod Ecclesiam etiam expressit, lexaginta erat columnis undique circumseptum, quae delignis Setim fuisse dicuntur, uelita laminis argenteis, capitibus, argenteis, & basibus aeneis: quia nimirum sancti instar æris inuictam in rebus aduersis sapientiam habere debent, caelestiumque rerum obseruatione, & praedicatione, ueluti argenteis laminis ueliri, seque praecipis diuinis tanquam argenteo capiti supponere. Denique timore Dei tanquam base aenea stabiliti.

III.
Richa. Vich.
Primasias,
Beda.
Sancti, Ec-
clesiae trium-
phantis do-
cor.

His positis, Prima expositio est Richardi de Sancto Victore, *Faciám, inquit, illum columnam in templo Dei mei, id est, efficiam ut instar columnæ sit in se firmus per fidem, relictus per aequitatem, erectus per intentionem, sublimis per contemplationem. Et praeterea alios sustentet uerbo consolationis, suffragio orationis, exemplo actionis.* Secunda & Primasij, & Bedae, qui docent, columnam in fabricis & fortitudini congruere, & decori. Sic in Ecclesia Rectores, & eminere munere dignitatis, & portare alios officio charitatis: quamuis Beda existimet hunc columnarem decorem ad futurum gloriae statum esse referendum, cum sancti ueluti illae duae columnae ante uestibulum templi Salomonis, quae nihil sustinebant, triumphantem Ecclesiam decorabunt.

III.
Vincenti do-
num perfe-
rentia pro-
mittitur.
Beati nulli
mutacionis
obserui.

Mihi duplex uideretur huius promissionis expositio. Una est, ut ea ad statum uitae praesentis pertineat, promittaturque uincenti in praelio, quod aduersus uictiam, errorisque committitur, donum perseverantiae, quo munitus instar columnae minimè loco dimoueri possit, habeatque in se fortitudinemque ac firmitatem qua imbecilliores praeterea ualeat sustinere. Altera, ut ad futuram gloriae statum referatur, in quo Beati sunt ueluti quaedam columnae firmissimae, nulli iam mutationi subiecti,

subiecti, quæ inuicta in utroque statu fortitudo illis etiam verbis indicatur. Et foras non egredietur amplius, id est, nulla vis eiusmodi columnam è templo Domini poterit extrahere. Quod verò subiungitur: *Et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei Hierusalem noua, quæ descendit de cælis à Deo meo, & nomen meum nouum*, adhuc pertinet ad similitudinem columnarum, in quibus Regum ac Principum, qui eas erigebant, nomina incidi solebant: scribitur autem nomen Dei super sanctos, qui hîc per gratiam, tunc verò per visionem beatificam, filij Dei per adoptionem vocantur: quod quia super naturam est, non in illis, sed supra illos scribi dicitur. Scribi etiam *nomen ciuitatis Hierusalem*, est perpetuò cælestis illius ciuitatis ciues appellari. Dicitur autem Hierusalem noua descendisse de cælo, quia vt rectè ait Anshertus: *Multitudo electorum cum Christo in utero virginis prædestinata descendit*: nomen etiam Christi nouum in eisdem sanctis scriberetur, hoc est manifestum erit, columnas illas in cælo à Christo per passionem & mortem, qua nomen Iesu sibi promeruit, tanquam in victoriæ suæ monumentum erectas fuisse, illisquè sanctorum omnium gloriam esse acceptam referendam: in cuius rei typum Psal. 16. inscribitur apud Septuaginta interpretes *ἡ νίκη*, id est, columnæ descriptio, vt indicetur Christum per suam resurrectionem, quodammodo columnam gloriæ, & victoriæ suæ monumentum erexisse, cui merito potuisset inscribere. Non plus ultra. Accedit quoddam vt supra ex Hugone Cardinale diximus beati post resurrectionem à Iesu Iesuitæ, & à Christo Christiani appellabuntur. Denique vt stabilitas prædestinationis, & gloriæ designetur, hæc omnia in sanctis, quasi in columnis firmissimis incidenda denunciantur.

Nomen Dei cur super sanctos, non in sanctis scribatur.

Anshertus.

Sancti in cælo monumentum victoriæ Christi.

Explicatur inuul.

Psal. 16.

Beati post resurrectionem Iesuitæ, & Christiani appellabuntur.

Duæ illæ columnæ, quas Salomon ante vestibulum templi collocauit, describuntur, simulque Bedæ sententia explicatur.

SECTIO VI.

Quoniam Beda, vt paulo ante diximus, existimat, cum hîc dicitur, *faciam illam columnam in templo Dei mei*, non solum promitti victoribus, vt modò Ecclesiam instar columnarum sustineant: sed etiam postea in cælesti patria emineant, & decori atque ornamento triumphanti Ecclesiæ sint: quemadmodum duæ illæ maximæ, ac pulcherrimæ columnæ quas Rex Salomon eleganti opere perfectas ante sui templi porticum collocauit, varium earum opus, & artificium describendum putauimus, quo magnifica hæc Christi promissio illustrior redderetur.

Igitur de earum columnarum opere agitur 3. Reg. 7. & 2. Paralyp. 3. & 4. quod erat huiusmodi. Primò, Columnæ erant fusiles ex ære. Secundo, Quælibet à basi vsque ad capitellum habebat altitudinem 35. cubitorum. Tertiò, Vniuscuiusque ambitus erat 12. cubitorum. Quarto, Erant striatæ, id est, strijs, seu canalibus quibusdam, & quasi fulcis secundum scapi ipsius longitudinè excauatæ atque distinctæ. Quinto, Mirum erat capitellorum opus, atq; artificium, tam admirabili varietate, & elegantia perfectum, vt difficile admodum possit, cuiusmodi fuerit, cogitatione comprehendi. Etenim erant superposita vtrique columnæ capitella fasciata, liliata, altitudinè quinque cubitorum, intus inania, factaque admodum retis, & catenarum, hoc est instar retis ex omni parte perforata subtilibus foraminibus, quæ ex multiplicibus ipsius æris complicationibus, & volu-

1. 3. Reg. 7. & 2. Paralyp. 3. & 4.

Columnarum longitudo, ambitus, & opus.

Capitellorum altitudo & elegantia.

minibus efficiebantur, ita ut in quolibet capitello essent septena versuum, seu complicationum retiacula. Sexto, in superiori parte capitelli erat vnus circulus aliquanto crassior, similiterque alius in inferiori extremitate: eratque vterque circulus quasi labium capitelli. Igitur in superiori circulo erant ducenta malogranata aenea pendentia, centum videlicet supra circulum, centumque alia infra circulum, & quoniam haec malogranata sibi inuicem respondebant, superiora nimirum inferioribus, fiebat, ut qualibet duo malogranata superius, & inferius efficerent suum ordinem: atque adeo ducenta malogranata centum ordines. Rursum in inferiori extremitate capitelli erant alia ducenta malogranata, centum videlicet supra circulum, centumque alia infra circulum: quae etiam suos centum ordines constituiebant: ex quo fiebat, ut vniuersa malogranata vtriusque circuli ducentos ordines efficerent, quemadmodum dicitur 3. Reg. 7. Septima, Vnumquodque capitellum desinebat in florem lilij, atque haec est secundum Latinos capitellorum descriptio.

3. Reg. 7.

II.

Rab. Salom.

Capitellorum
descriptio
iuxta He-
braeos.

Hebraei autem, & praecipue Rabbi Salomon de cent huiusmodi capitella fuisse rotunda instar magnarum sphaerarum, seu pomellorum, quae tamen in superiori parte essent acutiora, desinentia in lilium: tunc aiunt, in parte latiori fuisse exterius duos circuitus malogranatorum, vnum supra alium: & in quolibet centum malogranata, atque adeo in quolibet capitello fuisse ducenta tantum malogranata, & centum tantum ordines, in quo dissentiunt à Latinis doctoribus, qui in quolibet capitello ponunt ducentos ordines, & quadraginta malogranata, quem numerum Hebraei non in quolibet capitello, sed in vtroque simul constituunt. Addit Salomon à pede floris lilij, in quod capitellum desinebat, descendisse opus per modum retis, & catenarum, usque ad inferiora malogranata, illaque regens, quasi esset rete superpositum malogranatis, & ipsa per foramina retis apparerent, opusque illud retiaculi à superiori parte, usque ad inferiorem diuisum octo lineis, septem portiones efficientibus, veluti si quis diuideret vnum pomum, per septem partes, quarum qualibet à capite usque ad pedem descenderet, & qualibet esset trigona, atque ita exponit illud quod in textu dicitur, *septena versuum retiacula*.

III.

Duae colum-
nae ante por-
ticum templi
quid reprae-
sentarent.

Octauo. Eiusmodi columnae nihil sustinebant, sed ante vestibulum templi collocatae, ad ornamentum & pulchritudinem, vna ad dexteram, ad sinistram altera, decem cubitorum spatio à se inuicem disiectae, magnitudine sua, & firmitate stabilitatem regni Davidis, & Salomonis per Messiam in aeternum duraturi representabant. Postremò, Columnam dexteram appellauit Salomon, *pro Iacobin*, id est, firmitatem: sinistram verò *pro Booz*, id est, robur, ad stabilitatem Davidici throni, ut paulò ante diximus, exprimendam. Atque haec de columnarum descriptione. Nunc ad mysteria, & Bede sententiam veniamus.

III.

Varietas vir-
tutum spiri-
tualium in
sanctis.

Primum igitur, Sancti columnae sunt aenea propter firmitatem in bonis operibus, erectae per intentionem, altae per contemplationem, striatae, seu excavaatae per mortificationem, qua prauas appetitiones coercerent, & sese per carnis macerationem extenuant, quae excavatio etiam potest ad humilitatem referri. Secundo, Duo capitella, duo sunt testamenta, quorum meditationi, & obseruationi Doctores sancti & animo subduntur, & corpore. Tertio, Species catenarum, similitudo retis in capitellis, varietas est virtutum spiritualium in sanctis, vel multiplex contextio catenarum, & retis expansio electorum varietatem significat: qui cum sanctorum Doctorum verbis auscultando, & obediendo adherent, quasi columnarum capitibus superpositae catenulae miraculum suae connexionis cunctis aspectantibus praebent.

Quarto,

Quartò, Per malogranata iidem etiam sancti exprimentur, quorum quisque veluti plurima vno cortice grana complectens, multa cogitationum, & virtutum insignia firma fidei & operum curat vallare custodia, vel certè mirabilis retiaculorum connexio manifestam fidelium concordiam demonstrat, malorum verò granatorum positio internas animi virtutes, quæ ab alijs videri non possunt.

Firma virtutum custodia in sanctis.

Quintò, Non vacat mysterio, quod capitella in florem lilij desinebant. Quid enim per lilium nisi æterna felicitas, & immortalitatis floribus redolens amœnitas designatur, in quam Sancti omnes tandem desinunt, eandemque cum alijs prædicant, quasi in summo ostentant, & promerendâ proponunt. Denique aptè vocabulo simili ambæ columnæ censebantur, cum vna *Iachin*, id est firmitas: Altera *Booz*, id est, robur diceretur, vt duplicem debent esse firmitatem in sanctis, fidei nimirum, & operum monstraretur. Legesi placet vberiore harum columnarum allegoriam apud Bedam, tomo 8. lib. de templo Salomonis cap. 18.

Felicitas æterna per columnarum lilia designata.

COMMENTARIUM TERTIUM EXEGETICUM.

DE ANGELO LAODICÆ.

Cur Christus optauerit hunc Episcopum frigidum esse, quàm tepidum.

Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus, vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.

SECTIO PRIMÆ.

HIS literis quæ postremæ sunt earum septem, quæ ad septem Asiæ minoris Episcopos mittuntur, Laodicæ Angelus reprehenditur, quod tepidus esset, id quod vsque adeo Christus detestatur, vt subiungat: *Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Quod non caret difficultate,

I. Tepiditatem in spiritualibus quàm detestatur.

cum enim tepidum minus distet à calido, quàm frigidum, mirum est quomodo Christus expetierit, vt hic Episcopus frigidus potius esset, quàm tepidus.

II.

Quod vt melius explicari possit, sciendum est pro eo quod nos habemus calidus, haberi Græcè *Ζεφός*, id est, feruens: vnde plerique occasionem acceperunt existimandi, tepidum appellari hunc Episcopum, non quod crimen aliquod lethale amisisset, sed quod charitatis feruore aliquantulum remisisset. Sic enim existimauerunt Diuus Augustinus, seu potius Ticonius, Rupertus, Primasius, Ansbertus, Gagnæus in hunc locum Ioannis, Cassianus collat. 4. cap. 11. & Diuus Gregorius 3. part. Pastoralis curæ, admonitione 35. Qui aduertit duplicem esse tepidum. Vnum qui à frigore pergit in calorem: alterum, qui à calore ad frigus regreditur. Atque hoc loco posteriorem accipiendum esse eumque ex eo vocari deteriorem frigidum, *Quoniam*, vt ait, *frigus ante teporem sub spe est, tepor autem post frigus in desperationem*, id est, qui adhuc in peccatis est, conuer-

D. August. Ticon. Rupertus. Primasius. Ansbertus. Gagnæus. Cassianus. D. Gregor. Duplex tepidus in spiritualibus, & vter eorum deterior ex Gregor.

sionis fiduciam non amittit: qui verò post conuersionem tepuit, simul spem, quæ est de peccato se subtrahit. Itaque D. Gregorius rem ad periculum refert, quod maius in tepido, quam in frigido agnoscit. D. August. seu Ticonius, & Primasius suspicantur notari tepiditatem quorundam fidelium opibus affluentium, quin in eleemosynis erogandis, charitatibusque operibus exercendis sese per ositantiam gerebant, in quo hominum genere maximum volunt esse salutis periculum.

Duntaxat periculum in erogant eleemosynas.

III.

Hierem. 48. De charitate seruore remittere, quantum periculum. Heb. 2. 1.

Ex hac sua expositione colligunt hi Doctores, quantum periculum sit in eo, qui charitatis feruorem remittit, iuxta illud Hierem. 42. *Maledictus qui facit opus fraudulentum.* Ratio verò periculi ea est, quia hominis natura post originalis peccati labem, ubi per negligentiam torpet, faciliè ad frigus peccati relabitur: quem admodum eleganti similitudine docet D. Paulus ad Hebr. cum ait: *Abundantius oportet obseruare nos ea quæ auarimus, ne forte perfluamus:* quibus verbis comparauit Apostolus hominem vasi fictili, desumptique in xaphoram à vasis rimas habentibus, quæ sic effluunt, vt tandem perfluant, & nihil omnino liquoris retineant, seu vt alij volunt, ab aqua fluminum præterfluente. Significat igitur Apostolus incumbendum maximè esse in virtutum studium: quoniam si semel rimam aliquam habere cœperimus, toti quædam citissimè perfluemus, vniuersæque virtutes, tanquam aqua ex fracto vase dilabentur. In eandem sententiam D. Bernardus epistol. 91. ad Abbates Successione congregatos expendit in illa scala Iacob, Gen. 28. Omnes Angelos, vel ascendere, vel descendere, nullumque vel stantem, vel sedentem reperiri: quia nimirum in perfectionis scala: *si attentes*, inquit,

Bernard.

Gen. 28. 3.

In perfectionis

scala,

ruet qui at-

temptat stare.

Ad quam etiam

scalam videtur

alluisse D. Hieronymus

in epistola ad

Demetriadem, de

virginitate, si eius est,

cum ait: Vbi

caperimus stare,

descendimus, no-

strumque non

progredi iam

reueris est.

Et idcirco docet

Apostolum oblitum

priora,

ad vltiora se

extendisse, ad

Philippenses 3.

Quod idem

periculum nobis

ante

oculos proposuit

Christus Dominus,

cum dixit Luca 17.

Memento vxoris

Loth,

quæ vt interpretatur

Ambrosius in

commentarijs eiusdem

loci, Quia respexit

retro

perdidit naturam

sua munus, retro enim

Satanas, retro

Sodoma. Quem etiam

locum

tractans Rupertus

lib. 6. in Genes. cap. 12.

sic scribit. Postquam

Christus dixit, Qui

est in agro, non

redeat retro, continuo

subiunxit, Memento

vxoris Loth, vt nos

scilicet

tanquam sale

condiret, ne negligentes

essemus, nec enim

in qualemcumque

statuam, sed in

statuam salis

versa est, vt

exemplum fieret, &

condimentum, unde

alij salirentur, id est,

ius meminisse

proficeret ad

sapientiam: petra enim

salis languentibus

animalibus

paletum

sapidum reddit, &

edendi aviditas

reparatur. Hactenus

Rupertus. Quisque igitur

priora cum Paulo

obliuiscens, &

ad vltiora se

extendens, dicat cum

Regio

vate, Psalm. 76. Nunc

capit: nimirum vt

interpretatur D. Thomas

in caput sextum

epistolæ ad Hebræos,

quoad existimationem,

vt nimirum

existimet se adhuc non

cepisse, quamuis

alij censeant esse

apostopelam, siue

reitentiam, vt sit

sensus

Nunc capit, scilicet

respirare: hæc mutatio

dexteræ excelsi, id est,

sic suam ille iram

in misericordiam

commutat: aut aliter,

Nunc capit, intelligere,

quod hæc sit

mutatio

dexteræ excelsi, id est,

mea mala à Deo

proficisci. Vnde

Theodoretus, Mu-

oecamenius.

Verum longè

probabilius est, hunc

Episcopum à

charitate excidisse,

suisque

lethali crimine

implicatū, quæ

sententia est

Richardi de S. Victore,

Oecumenij,

Beda, Arethæ, Ioachimi,

Pannonij hunc in

locum, D. Thomæ

quæstione 3. de

malo

malo, articulo 13. ad primum D. Greg. lib. 34. Moralium cap. 2. D. Ambrosij serm. 2. in Psalm. 118. Origenis homil. 1. in Psalm. 38. & ferè omnium recentiorum, videturque perspicuum ex ipso contextu in quo appellatur, *Miser, miserabilis, pauper, cæcus, & nudus*, quæ nullo modo in hominem iustum conueniunt, Quemadmodum vel ipse D. Gregorius loco paulò ante citato exponit his verbis, *Diuitem se asserit, qui per arrogantiam extollitur sed pauper, cæcus, & nudus arguitur. Pauper, quia virtutum diuitias non habet, cæcus, quia nec paupertatem, quam patitur, videt; Nudus, quia primam stolam amisit, sed peius est quia nec se perdidisse cognoscit.* Deinde cum suadetur emere aurum ignitum, id est charitatem, vt postea explicabimus, eo ipso significatur, illa caruisse.

Hoc ita constituto triplex ad propositam difficultatem responsio est, Prima VI. est D. Thomæ quæstione illa tertia de Malo. D. Ambrosij sermone in Psalm. 118. Richardi de sancto Victore, Bedæ, Arethæ, per *frigidum* intelligentium, infidelium, qui aliquam habent, propter ignorantiam, in qua versatur, peccatorum excusationem: per *tepidum* vero fidelem, qui deterius frigido existimatur, quia eodem peccati genere grauius peccat, quàm infidelis, propter notitiam veritatis, & ampliora à Deo accepta beneficia, iuxta illud ad Hebræos 10. *Quantò putatis detiora mereri supplicia, qui solum Dei conculcaueris: & sanguinem testamenti pollutum dixeris, & spiritus gratia contumeliam feceris.* Et 2. Petri 2. *Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti;* quam eadem ob causam dicitur Threnorum 4. *Maiores effectus sunt iniquitas filia populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento.* Quamuis Rabbi Salomon, & alij, iniquitatem hic accipiant pro iniquitatis pœna, & supplicio, quod maius dicitur Hebræis illatum, quia diu passi sunt obsidionem, & captiuitatem, cum tamen Sodoma in momento, id est, breuissimo tempore fuerit euerfa, quod felicitatis loco olim habitum iam ante probauimus ex Iob 21. vbi in impiorum felicitatibus illa numeratur; *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt:* id est non longa aegritudine tabescunt, sed citò moriuntur. Verum de peccatis est sermo Ezechielis 16. cum dicitur, *Iustificata est Sodoma soror tua ex te,* id est, comparatione tui Sodomorum peccata nulla censentur.

Secunda, quæ consentanea est D. Gregorio lib. 34. Moralium capite 2. est huiusmodi, vt calidus sitis, qui charitatem habet: frigidus qui cum in lethali sit crimine, suam tamen culpam agnoscit, tepidus autem, qui cum gratia careat, per hypocrisis se probum simulat, & de exterioribus operibus, quibus tantum vacat, ita gloriatur, vt ea sibi putet ad salutem sufficere, in cæque veram sanctitatem collocatam existimet, qui licet profligati sint ac perditij, suam tamen agnoscunt periculum, etiam si vi interim libidini seruiant, conuersionem suam in aliud tempus reijciunt. Tertia est Ioa chimi. *Calidus, inquit, est, qui gaudet in Domino per misericordiam eius, frigidus, qui tristatur in se pro peccatis suis. Tepidus autem, qui nec tristatur per penitentiam, nec letus est ad obsequium Dei: quare tanquam is, qui non est apertus saluti, tollitur de memoria Domini, quod est deleri de libro vite, & si aliquando intus fuit per vocationem gratiæ, seras tamen eijcitur propter inertiam vite.*

Vt tamen hæc illustriora reddantur sciendum est calorem charitatis, frigus autem peccati esse symbolum. Inde enim est, quod Australis, qui est ventus calidus, in bonam partem: Aquilo autem, qui est frigidus, in malam accipiant in factis literis. Vtrumque probat D. Augustinus, epistola 120. quæ est ad Honoratum de gratia noui testamenti, ex illis verbis Cantic. 4. *Surge, Aquilo, & veni, Aufer, persia horam meum, & fluent aromata illius.* Vbi *Surge, Aquilo,* idem est, atque dilectio & abi-

D. Greg.
D. Ambros.
Origenes.
D. Gregor.

Responditur
propositæ diffi-
cultati.
Prima resp.

Ad Hebr. 10.
2. Petri 2. 21.
Thren. 4. 6.
Rab. Salom.

Ezech. 16.
56.

VII.
Secunda.
Hypocritæ.

Tertia.
Ioa. h. Abb.

VIII.
Calor ch. 3.
Frigus, Fr.
qui peccati
symbolum
D. August.
Cant. 4. 10.

LEGAS
IN
POCALI
C. 11
56

Cant. I.
Abac 33.
D. Hieron.
Bethlehem
Australis
comparatio
ne Hierusa-
lem.
Theodoret.
Theophyl.
Euthym.
Ioan. Maxen

Aquilo, quo discedente Theman, id est, Auster ad perflandum hortū prouocatur, id est, vt interpretatur loco citato August. *Spiritus gratia flans de meridie, ubi spiritus cubat.* Cantic. 1. veluti à parte feruida, & luminosa, vt fluant & late spargantur odores arborum, & florū suauissimi, & quidem quod ad Austrum attinet in partē bonam accipitur & bacuch 3. cum dicitur, *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan.* Quem locum D. Hieronym. Hebræum quendam testatur sic se audiente interpretatum, ab *Austro* id est, à Bethleem, quæ ad Austrum sita est. Etenim Iudea respectu cæterarum partiū terræ promissionis ad Austrum est, & ipsa Bethleem comparatione Hierusalem est australis. Eandem expositionem afferunt Theodoretus, & Theophylactus, Euthymius, & Ioannes Maxentius lib. 1. Dialogorum contra Nestorianos, & refertur 5. tomo Bibliothecæ Sanctorum Patrū.

IX.

D. Hieron.
Pater ater-
nus mons
umbrosus.
Rupertus.

Incarnatio-
nis mysteriū
incompre-
hensibile.
B. Virgo
mons um-
brosus.
Iob. 39. 29.

Psalms. 125. 4

Auster, &
uentum si-
gnificat, &
regionem.
Paraph.
Chal.

Quod verò sequitur: *Et sanctus de monte Pharan, vt hoc obiter dicamus, Septuaginta sic transtulerunt: & sanctus de monte umbroso, & condenso.* Quo loco D. Hieronymus per *montem umbrosam & condensam*, Patrem ætæ ætæque intelligit plenum virtutibus, omnique sapientia, & cuncta maiestate sua prolegentem. Rupertus, altitudinem diuinorum iudiciorum, & incomprehensibilitatem diuinæ sapientiæ, quæ per montem umbrosam, & condensam eò exprimitur, quod nemora obscura esse soleant, & propter flexuosos viarū anfractus, erroribus aptissima, quò fit vt hac ratione significetur Incarnationis mysterium, de quo Propheta ait, incomprehensibile esse creatis mentibus, in quo facile sit labi & errare, nisi fides faciem præferat. Non incongruè etiam B. Virginem possumus accipere, quæ mōs appellatur umbrosus, eo quod illi virtus altissimi obumbravit: & condensus, propter virtutum multitudinē. In bonam etiam partem licet mysticè accepit D. Greg. illud Iob 39. *Nunquid persapientiam tuam plumescit accipiter extendens alas suas ad Austrum.* Quid est, inquit Greg. accipitem in *Austro* plumescere: nisi quod vnusquisque sanctorum tactu sancti spiritus concalescit, & vsum vetusta conuersationis abiciens, noui hominis formam sumit: quemadmodum Paulus admonet ad Coloss. 3. *Expoliantes veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum.* Et ad Ephes. 4. *licet u qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is quintus est, renouatur de die in diem.* Huc etiam pertinet illud Psalms. 125. *Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro:* id est conuerte nos quàm certissimè sicut siccatas torrens flante Austro, niuibique ab eo liquefactis iterum conuertitur, id est, rapidissime incipit fluere. Alij per Austrum hoc loco non ventum, sed regionem interpretantur, vt sit sensus, reductionem Hebræorum ex captiuitate, sic fore omnibus gratissimam, sicut est torrens aliquis in terra Australi, id est, sicca & arida, cui expositioni concinit Paraphrastes Chaldaicus, qui ita transtulit: *Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut conuertitur terra, id est, lacuosam faciem sumit, quando abundant aquarum fluenti tempore siccitatis.*

X.

Hiere 1. 14.
Lucifer: sedē
ad Aquilonē
regnarum
Aquilonis.
Esa 14. 13.
D. Gregor.
Iob. 26. 6.

Propheta dicenti se ollam videre succensam, faciemque eius à facie Aquilonis: Dominus ita respondet, *Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes cogitationes ad Aquilonē regnarum Aquilonis.* Quibus verbis captiuitas Babylonica prænunciatur. Inde est cur delogerit, quòd Lucifer ad Aquilonem sibi sedem deligit, Esa. 14. *Sedebo in monte septem-ter, in lateribus Aquilonis:* vt nimirum torporis frigore gentium gorda constringeret: quemadmodum exponit D. Greg. super illa verba Iob. 26. *Qui extendit Aquilonem super vacuum.* Cum hæc ita sint nullus frigidus, id est, ad Aquilonem habitans, legitur in factis literis Deum ad nauseam, & vomitum prouocare, nisi tepidus, iuxta priorem quidem sententiam propter maius periculum, quemadmodum exposuimus, iuxta posteriorem verò, quā multo veriorē diximus, propter

tres

tres illas rationes, quas superius commemorauimus.

Postremò ea similitudinis elegancia explicanda superest, quæ illis verbis comprehenditur, *Incipiam te euomere ex ore meo.* Primò igitur notandum est vomitum fieri, si tepida aquæ multum bibatur. Cum enim medici crudo cibo stomachum ægroti exonerare cupiunt, multum illi aquæ tepidæ potandum præbent, quæ nauseam pariat, & ad vomitum prouocet. Significat igitur Dominus tepidum hominem continuo tepiditate sua sibi quasi aquam tepidam propinare, quæ ad eundem euomendum prouocet, id est, procul à sua consuetudine, & familiaritate repellendum. Secundo, Id quod est consequens, significatur, tepidos esse cibum crudum, is enim euomi consuevit, eo quòd propter defectum caloris, qui symbolum est dilectionis, vt diximus, coqui non valeat, quemadmodum electi instar cibi in stomacho per charitatis calorè decocti membra Christi efficiuntur.

Tepidus instar a qua tepide ad vomitum prouocat Deum.

Tertio, Significatur, quædam Dei erga tepidum hominem execratio: etenim in vomitu totum corpus conturbatur, ipseque vomitus cum quodam horrore naturæ contingit. Quare cum Deus aliquem reicit, & à se repellit, vomere dicitur, præcipue quia Deus ipse, quæ eius est bonitas, in homine à se reiiciendo, quodammodo conturbatur, & dolet. Quarto, Dicitur Deus, tepidum ex ore, nõ ex stomacho euomere, vt intelligas ei vsque adeo tepidum displicere, vt cum omnino deglutire non possit: sed in ore tanquam displicentem cibum, & à quo stomachus abhorret, retineat. Quid autem sit ex ore euomere, explicauit Ansbertus, id est, Deum, vel ipso exhortationis verbo, interdum indignos indicare, quos in melius commutandos non esse prænoscit. Quintò, Non dictum est, *Euomam te ex ore meo*, sed *Incipiam te euomere*, quia neminem Deus planè in hac vita euomit: neminem enim ita deserit, vt necessarijs ad salutem destituat auxilijs, sed incipit tamen vomere, quia peculiaria quædam non largitur gratiæ adiumenta, & præsidia: vel quemadmodum annotauit Richardus de sancto Victore, *Quia qui per teporem resoluitur, non subito à gratia deseritur, vt statim in mala præcipitet, sed primum minima, deinde maiora contemnens gradatim à summo descendit, atque ad ima ruit.*

X.I.

Dolet cum à se reijcit aliquid quem Deus.

Euomere tepidum ex ore, non ex stomacho cur dicitur Deus. Ansb. Cur item nõ euomat, sed euomere incipiat. Richa. Vñ.

Quo pacto prima gratia dicatur emi, cum gratis conferatur.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris.

SECTIO II.

Sequitur admonitio post reprehensionè Laodiceni Angeli, quæ erat altera. I. Iterarum pars, illis verbis comprehensa: *suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, et transtulit.* Græcè tantum est, *τετερομενον εν πυρος*, id est, ignitum ex igne, nisi fortasse legit *τετερομενον*, quod probatum significat: & quia in nonnullis codicibus legit, *τετερομενον*, & in alijs *τετερομενον*, vtrumque coniungens, transtulit, *Ignitum probatum.* Quod verò ad sententiam pertinet, notandum est in primis, suadendi verbu, quo vltus est Dominus, non imperandi, vt hac facilitate magis hunc Episcopum primo ueretur, quam loquendi formulam sæpe deberet usurpare prælati. tum ad conciliandos, tum etiã ad permouendos animos subditicorum: id quod præstijit Paulus scribens ad Phylemonem: *Propter quod, inquit multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro, cum sim talis vt Paulus senex, nunc autem vinculus Iesu Christi, obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis Onesimo.* Quibus verbis significat Apostolus cum duplici iure potuisset id Phylemoni imperare, videlicet & quia Paulus, & quia senex, ma-

II.

Facilitate potius, quam imperio rogatus.

luisse tamen obsecrare, & charitatis potius, quam autoritatis rationem habere, Nec verò, ut aliqui putarunt, legendum est, cum talis sit ut Paulus senex, ut indicetur Philemonem fuisse eiuſdem ætatis, & senectutis, qua erat Paulus: etenim manifestum est ex Græco contextu legendum esse. Cum sim talis ut Paulus senex, ut Apollolus de sua ipsius senectute loquatur, quam potuisset interponere, sic namque Græcè legimus, *μᾶλλον ὡς ἐλά τοῖς τοῖς Πάυλος πρεσβύτης*. Sic etiam 2. ad Thellalonth, dixit, *Denunciamus, & obsecramus*, ut enim præcipientis autoritatem mitigaret, addit *obsecramus*: nec verò autoritas contemneretur, addidit precibus minas: & cap. 2. eiuſdem epistolæ sic ait: *Cum possemus vobis oneri esse, ut Christi Apostoli, facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foucat filios suos*: vulgatus legit *ἡπιοι*, id est, paruuli, quæ lectio omnino retinenda est: in nonnullis Græcis codicibus habetur *ἡπιοι*, id est, mæres, lenes, minimè austeri & seueri. Quia hic Episcopus pauper erat: siquidem charitatem, quæ veræ opes continetur, non habebat, ut superius probauimus, admonetur, ut emat aurum charitatis, quo mirum in modum dicitur: quia etiam nudus erat bonis operibus, siquidem omnia per hypocrisim faciebat: monetur, ut vestimentis albis sese induat, id est operibus ex charitate profectis: quia verò cæcus erat, monetur collyrio oculos inungere: & quia propter hæc tria miser erat, ac miserabilis, nihil contra miseriam peculiare dicitur.

II.
Bona opera, vestimenta alba.
Beda.
Richardus.
Vet.
Rupertus.
Ansbertus.
Hugo Card.
Primasius.
D. Gregor.
Abbas Ioachim.
D. August.
II.
Ad Rom. 11.
Prima gratia quo pacto, & gratia conferri dicatur, & emi.
Apoc. 21. 6.
1. Cor. 6. & 7.
Rom. 3. 24.
III.
Isai. 55. 1.
Isaie locus in speciem contrarius conciliatur.
Collatio gratie respectu nostri donatio, respectu Christi emptio.

Ita hunc locum intellexerunt Beda, Richardus de sancto Victore, Rupertus, Ansbertus, Hugo Cardinalis, & alij. Itaque communis expositio est, per aurum, intelligi charitatem: per alba vestimenta bona opera. Quamquam Primasius in hunc locum, & D. Gregorius libro 4. Moral. cap. 34. per aurum sapientiam intelligunt, quemadmodum & Abbas Ioachimus, illud addens, per ignem accipiendam esse charitatem, ita ut aurum ignitum, sit sapientia cum charitate coniuncta: quod etiam pertinet D. Augustini, seu Ticonij expositio. Verum prior interpretatio est communior, & textui magis consentanea, ut ex ipsa reprehensione, cui respondet admonitio, est perspicuum.

Sed iam ex hac opinione, quæ communis est, illa suboritur dubitatio, cur Episcopo Laodiceno, qui charitatem amiserat, suadeatur, ut emat charitatis aurum, cum prima gratia, atque ad eam prima charitas sub nostrum meritum non cadat, & quod est consequens emi à nobis pretio non possit: Sic enim Paulus argumentatur ad Romanos 11. *Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia*. Respondemus, vtrumque verum esse, & dari gratis primam gratiam, & simul emi, etenim si respiciamus ad nostra merita, quæ nulla sunt, gratis confertur: si autem ad merita Christi, qui nobis vel ipsam primam gratiam de iustitia meruit, verè eam Christus nobis conferendam emittit: Propter primum dicitur Apoc. 21. *Ego stitienti dabo de fonte aque viue gratis*: propter secundum dicitur 1. ad Corin. 6. *Emptio estis pretio magno*. Et cap. 7. *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum*. Propter vtrumque ad Rom. 3. *Iustificati gratis per gratiam ipsius*: & mox subiungitur, *Per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quæ proposuit Deus propitiationem, vel propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius*.

Atque in hunc sensum concilianda est apud Esaiam, illa in speciem contrarietas, cum ait cap. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, proparate, emite, & comedite, venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac*: quomodo enim si ad emendum homines inuitantur, sine pretio admittuntur, & qui fieri potest, ut gratuita & liberalis donatio, quippe quæ sine pretio & commutatione perficitur, emptio appellari possit, nimirum sine argento nostro gratiam emimus, quæ tamen ex argento Christi, id est, meritum eius

i. finito

infinito pretio confertur: itaque comparatione nostri, liberalis est donatio, comparatione Christi vera emptio. Quam expositionem affert D. Ambrosius libro de Ioseph Patriarcha, cap. 7. tractans eundem locum Esaiæ: *Emite, inquit, sine argento, neque enim pretium quaesivit a nobis, qui pro nobis sanguinis sui pretium soluit.* Eodem modo accipiendus est locus ille alius apud Esaiam, 2. *Gratis venundati estis, & sine argento redimimini:* cuius quidem loci historicus sensus est, Iudæos dici gratis venundatos Babylonijs, quia Babylonijs nullo pacto meruerunt, ut ipsis Iudæi captivi à Deo traderentur: quemadmodum exponit D. Augustinus in quaestionibus super librum Iudicum, quaest. 17. Id quod etiam dixit Regius vates Psal. 43. *Vendidisti populum tuum sine pretio:* sine argento etiam redemptos, tum quia nullo suo merito Iudæi erepti sunt è servitute, tum quia eos Cyrus liberos dimisit, nulla ab eis accepta pecunia.

D. Ambros.

Esai. 2. 3.

D. August.

Psalm. 43. 13.

Verum alij in proposito testimonio illud etiam significari existimant, perditos homines gratis se homini vendere, videlicet propter brevissimam voluptatem, & alia peccata, quæ nihil censentur, iuxta illud eiusdem Prophetae, cap. 50. *Eccce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & sine argento redempti,* videlicet meritorum suorum. Observavit autem D. Augustinus loco paulo ante citato, non dictum esse: *Et non cum pretio redimimini,* quia verè pretio redimimur, nimirum Christi sanguine, sed dictum esse: *sine argento,* in quo Propheta, ut ait, omnem pecuniam comprehendit, ut significaret nullum nobis pretium pecuniarum, aut opum affluentiam, humanæ præsidia ad iustificationem sufficere: quia tamen Christus pro nostraliberatione pretium soluit, vsus est Propheta *redimendi* verbo, atque adeo si nostram respiciamus facultatem, sine argento, id est gratis, si Christi merita, infinito pretio redempti, gratia consequimur libertatem. Quem Esaiæ locum videtur Petrus illustrasse, prima sua epist. cap. 1. cum dixit: *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi, & incontaminati.*

V.

Gratis se demoni vendit peccatores. Esai. 50. 1. D. August. Ad iustificationem humana præsidia non sufficiunt.

1 Petr. 1. 18.

Aliam responsionem affert Gregorius Nazianzenus oratione in sanctum Baptisma, ubi citat Esaiæ testimonium expendens ex capite quinquagesimo quinto: docet gratis quidem Deum iustificare impium, sed propter incredibilem ad beneficiendum propensionem, maximi pretij loco ducere, ipsum amicitia, & gratia desiderium, ac voluntatem, quæ iustificatione antecedit, itaque non sed are gratis, sed vendere existimare. *Omram, inquit, beneficentia celeritatem, o facilem contrahendi rationem, hoc bonum solo voluntatis pretio emendum tibi proponitur, appetitionem ipsam, Deus ingentis pretij hoc loco habet, sitis sitiri, bibere cupientibus potum præbet, eum à Deo beneficium petitur, beneficio id ducit, prompta, munifica, atque proluxa natura est, incunctius dat, quam alij accipiunt.* Eadem expositio est Clementis Alexandrini in Protreptico, siue exhortatoria ad Gentes, ubi ait: *Sitim tantum exigi pro pretio, cum dicitur: Omnes sitientes venite ad aquas. Adhortatur, inquit, ad lavacrum, ad salutem, ad illuminationem, propemodum clamans, & dicens: Do tibi, o fili, terram, mare, calum, solum modo, o fili Patrem sitias, Deus tibi gratis ostendetur.* Atque in hanc sententiam exponendum est etiam illud Matth. 13. *Simile est regnum calorum homini negotiatori, quærens bonas margaritas: inventa autem una pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.* Quo loco nomine, margarite fides in Christum, & gratia per eum consequenda intelligitur. Scio D. Hieronymum, Cyrillum Alexandrinum, & alios in commentarijs super Esaiam aliter interpretari, nimirum sermonem esse de argento, id est, de rerum temporalium affluentia, quæ ad gratiam comparandam minime est necessaria: ne videlicet pauperes audito emptionis

VI.

Dei adhibentis erapensio incedit.

Petis à se beneficium, beneficium ducit Deus.

Clem. Alex.

Matth. 13.

Gratia pretiosa margarita.

nomine de gratiâ consequenda diffident: verum non respondent obiectioni, cur emi dicatur gratia, cum detur gratis.

Charitatem esse aurum ignitum, & probatum.

SECTIO III.

I. Charitatem per aurum ignitum & probatum intelligendam esse, cum communi sententia docuimus, illud iam explicandum superest: cur aurum ignitum, & probatum appelletur. Igitur aurum ignitum dicitur ob easdem rationes, propter quas ignis appellatione censetur, veluti ad Rom. 12. Si esurierit inimicus tuus, cibus illum: si sitierit, potus da illi, hoc enim faciens carbonis ignis congeres super capite eius: id est, amoris erga te ignem in eo excutabis. Sic etiam nonnulli interpretantur illud Ezechiel 10. Susce tibi ignem de medio rotarum, id est, ex scripturâ sacræ meditatione charitatem erga Deum & proximum excita, porro enim rotarum, quæ duæ erant utrumque testamentum accipiendæ volunt, & quoniam testamentum nouum fuit in veteri typicè inclusum, ideo rotam dici esse in medio rotæ.

Ad Roman. 12. 10.

Ezech. 10. 2. Duo testamenti, due rota.

Deuter. 33. 2.

Luc. 12. 49.

Euangelium lex ignea.

Caietan.

Ad charitatem etiam pertinet illud Deuteron. 33. vbi de Deo loquens Moyses dixit: In dextera eius ignea lex, id est in Filio, qui dextera Patris dicitur, erat lex charitatis, quam mundo erat allaturus, iuxta illud Luc 12. Ignem veni mittere in terram, quæ expositio est consentanea D. August. qui in quæstionibus super Deuteronomium, quæstione 56. contendit illud testimonium ad Christum pertinere, quamuis apud Septuaginta, quorum translationem sequitur, ea verba non habeantur. Caietanus legit ex Hebræo: A dextera eius ignis, lex eis. Non dicit, inquit, quod in manu dextera gestaret ignem, aut legem, sed quod a dextera eius erat, cum ignis, quam hæc in specie siquidem principis apparebat, ad cuius dexteram a ministris gestabatur lex gestabatur & ignis, lex quidem ad docendum ac dirigendum, ignis vero ad puniendum, imperfectus enim status veteris testamenti non finis ignem ad gerendum amorem interpretari: Hæc ille. Verum præcedens nostra expositio, quæ cū editione vulgata cõsentit, retinenda est.

II.

Dionysius Areopag. Charitatis conditiones.

1. ad Corint. 13. 7.

Peruadit omnia.

Cernitur in operibus.

Actus indifferentes reddit meritorios.

Dum se communicat, augetur.

Rectè autem charitas ignis dicitur, quia omnes illæ ignis conditiones, quas Dionysius Areopagita, cap. 15. cælestis Hierarchiæ enumerat, Deo quæ accõmodat, charitati conueniunt: in quibus illæ sunt præcipuæ. Primum, Ignis per omnia sine vlla sui admixtione peruadit, & ab omnibus profus excipitur: ita charitas auctore Paulo: Omnia peruadit, omnia enim credit, omnia sperat, omnia sustinet, 1. ad Corinth. 13. Ad omnes amplitudine sua diffunditur, & ab omnibus hilariter excipitur. Secundò, Ignis cum lucidissimus sit, nisi tamen admoueat materia, in qua suam vim exerat, occultus in seipso manet, neque aspectu patet: ita charitas, non nisi in operibus cernitur. Tertio, Ignis ea, quibus infederit, in suum traducit officium, & omnibus ad se accedentibus sui consortium impertit: ita charitas omnium virtutum actus, imò & eos qui natura sua indifferentes appellantur, si eos informet, igneos reddit ac meritorios. Quarto, Superiora semper petit, & in eadem celer, sublimis, nullaque vi, vt inferiora perat, adigi potest, quod bellè in charitatem quadrat. Denique cum omnibus participatorem sui locupletissimam præbeat, nunquam tamen ipse minuitur, in quo a charitate vincitur, quæ, cum se communicat, augetur.

III.

2. ad Cor. 6. 4.

Quod verò attinet ad auri probationem, dicitur charitas aurum probatum, id est, facti factisque nescium, in quo ab hypocrisis distinguitur, quæ non aurum probatum est, sed alchimicum, cum solam auri speciem referat. Vtrumque significauit Apostolus, cum dixit 2. ad Cor. 6. In omnibus exhibeamus nos sicut per iustitias

stros

stris, in multa patientia, in tribulationibus, in longanimitate, in charitate non ficta. Quibus
 verbis Apostolus docuit duplex aurum charitatis reperiri, alterum fictum, adul-
 terinum, & alchimiicum; verum & probatum alterum: sed luculentius adhuc ve-
 rum ac germanum charitatis aurum expressit 2. Corinth. 8. illis verbis: *Non quasi* 2. Cor. 8. 2.
imperans dico, sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestra charitatis ingenium bonum com-
probans, ubi ingenium alij legunt: sic enim Græcè legimus, ἡ τὸ ἴδιον ἔχει ποσὸς ἀπὸ τοῦ
ὑψιστοῦ; significat autem ὑψιστοῦ, quod verum est, ac germanum, non adulteri-
 num, non fucatum: atque adeò intelligit Apostolus dilectionem siue charitatem
 non fictam, sed germanam, hoc est verum, ac germanum charitatis aurum, non
 fucatum, & adulterinum. Quomodo autem probari aurum soleat docet Plinius
 libro 33. historiarum naturalis, cap. 8. *Auri, inquit, argenti que mentionem comitatur lapis,*
quem cotriculum appellant, quem alij heracium, alij lydium vocant, his cotriculis periti, cum è
vena, ut lima, rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum ar-
genti, vel arsi, serupulari differentia, mirabili ratione, non fallente. Igitur charitatis aurum
 ad labores ac tentationes tanquam ad lydium lapidem probari non obscure si-
 gnificauit Apostolus ad Rom. 5. *Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio pa-*
tientiam operatur, patientia autem probationem, quia charitas Dei diffusa est in cordibus no-
stris. Quo loco Paulus ex eo quoddam vera charitas diffusa sit in cordibus fidelium,
 argumentatur: *Patientiam, id est, laborum perpeffionem probationem operari,*
 quia nimirum patientia tanquam lapis lydius, non solum venam charitatis indi-
 cat, sed serupulari differentia quantum charitatis insit, perspicuum reddit. At-
 que hoc est aurum illud mundissimum, & purissimum, quo Salomon dicitur
 operuisse oraculum, & templum, quemadmodum refertur 3. Reg. 6. & 2. Paraly-
 pomenon 3. ubi ita legitur: *Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, & af-*
fixit laminas clavis aureas, quem locum mysticè exponens Eucherius lib. 5. in libros
 Regum cap. 14. *lamina, inquit, aurea, quibus aperta est domus, operationes sunt multisaria*
pietatis, clavi autem aurei quibus affixa sunt, præcepta sunt charitatis, siue promissa æternæ glori-
æ, per quæ in exercitio, studioque virtutum ne desiciamus, donante Christi gratia cõtinemur.

Postumus etiam per laminas aureas actus virtutum intelligere, qui ut merito-
 rijs sint debent affigi clavis aureis id est charitate informari. Aduerte autem actus
 dilectionis appellari clauos aureos, ut ab actibus timoris discriminentur, qui fer-
 rei clavi tantum dicuntur. Et quidem de prioribus loquebatur Regius vates
 cum se per amorem coniungens dicebat Psal. 72. *Mihi autem adhaerere Dei bonum est,*
 Nec tamen posteriorum immemor erat, imò eos ad carnis petulantiam compel-
 cendam postulabat illis verbis. *Confice timore tuo carnes meas.* Psal. 118. Hoc auti, &
 ferri discrimen obseruauit D. Augustinus in illis verbis Psal. 149. *Ad alligandos*
Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manibus ferreis. In quem locum docet
 eum qui timore ducitur, vinculis ferreis: qui amore, aureis construngi. *Ferrea, in-*
quit, vincula sunt quandiu timent, ament, & aurea erunt.

Verum hoc aurum ut ad institutum reuertamur debet esse probatum ad ly-
 dium patientiæ lapidem, propterea enim candelabrum illud aureum quod ex
 præcepto Domini Moyses in tabernaculo collocauit, non fusile erat, sed ductile,
 id est, malleorum iustibus fabricatum: quam probationem in igne, in quo etiam
 aurum probari conueuit, & qui laborum, & tentationum est symbolum, consi-
 derauit Petrus cum dixit, sua Epistola capite 13. *ut probatio vestra fidei mundo pretio-*
sior sit auro, quæd per ignem probatur. Verum autem charitatis aurum non deficiit,
 cum probatur, sed omnem ignem, & persecutionem egregie sustinet iuxta illud
 1. ad Corinth. 13. *Charitas omnia sufficit, Græcè ἀγάπη: sumpta translatione à lignis*
 1. Cor. 13. 7.

Plinius.

Rom. 5. 5.

Patientia la-
pis lydius.

3. Reg. 6. 17.
2. Par. 3. 1.
Eucherius.

III.

Actus dile-
ctionis, clavis
aurei, timo-
ris, ferrei.
Psal. 72. 2. 8.
Verum, cha-
ritatis auri-
um deficiit, cõ-
probatur.
Pl. 118. 120.
D. Aug. 98.

Charitatis
aurum igne
palleo pro-
bandum.
1. Pet. 1. 7.
Verum, cha-
ritatis aurum
non deficiit,
cum probatur.
1. Cor. 13. 7.



impositum onus sustinentibus, potissimum vero à palma, quæ non succumbit oneri, sed potius instar fornicis erigitur. D. Cyprianus tractatu 3. de simplicitate Prælatorum, non legit *omnia suffert*, sed *omnia diligit*, videtur enim legisse *περὶ πρῶτον* pro *περὶ 4. 8. d.* vulgata editio retinenda est, *omnia suffert*, eodémque sensu accipiendum est, quod sequitur, *omnia sustinet*.

Quodnam sit illud collyrium, quo Laodiceus Episcopus oculos iungere iubetur, ut videat, *Collyrio iunge oculos tuos, ut videas.*

SECTIO III.

CVpiens Christus omnibus Laodiceis Angeli malis occurrere, cum iam illum paupertatis suæ, & nuditatis admonuisset, atque ad aurum charitatis emendum, bonorumque operum indumenta accipiendâ iussit adhortatus: tandem cæcitati, qua etiam laborabat, benignè consiliens monet ut collyrio, quod est præsentissimum. Ophthalmiæ medicamentum oculos inungat, ut videat. Quodnam verò sit huiusmodi collyrium, non vno modo Doctores interpretantur.

Prima expositio est, Per *Collyrium*, hoc loco accipiendam esse diuinorum elo-

I.
Beda.
Rich. Vi. f.
Pannon.
Primasius.
Hug. Card.
Ansbertus.
Precepta di-
uina collyrii,
specilla.
Psalm. 18. 9.
Deuter. 6. 8.

quiorum contemplationem cum operatione coniunctam. Quam expositionem afferunt, & sequuntur Beda, Richardus de sancto Victore, Pannonius, Primasius, Hugo Cardinalis, & Ambrosius Ansbertus, qui ita hanc admonitionem interpretatur. *Adhibe*, inquit, *diuina præcepta ad mentem eacam, quatenus virtutum nuditatem, quam pateris, videas, nisi enim quoddam essent collyrium diuina madata, non diceret*

Regius vates Psalm. 18. *Præceptum Domini luculum illuminans oculos, cum itaque superna diuina collyrii, aspiratione quilibet per singulas scripturarum paginas quid Dominus iusserit, legendo, vel audiendo, ad mentem reuocat, videt nimirum, vel quantum ex virtutibus habet, vel certe si nihil habet.* Id quod etiam significauit Dominus Deuter. 6. Nam ubi nos habemus,

Ligabis ea, id est mea mandata, quasi signum in manu tua, eruntque & mouebuntur ante oculos tuos. Alij ita transferunt ex Hebræo, *Ligabis ea in manu tua, & erunt quasi specilla ante oculos tuos.* Etenim verbum *נשׂו* etiam specilla significat. Rectè autem specilla appellantur, quia per ea clarè conspiciamus quantum Deo debeamus, & quantus sit noster in virtute progressus, quò videtur allusisse Regius vates, cum dixit Psalm. 118. *Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis.* Atque

Psalm. 118. 6.
D. Greg.

hanc *Collyrii* acceptionem videntur superiores Doctores mutuati à D. Gregor. primæ partis Pastoralis curæ cap. 11. Vbi hunc locum Apocalypsis sic illustrat. *Collyrio*, inquit, *oculos, ut videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. Albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lumen videre non sinitur, quia arrogans in sapientia, vel iustitia cæcatur: pupilla namque oculi nigra videt, albuginem tolerans nihil videt, quia videlicet sensus humanæ cogitationis si peccatorem se intelligit, cogitationem intimam claritatis apprehendit, si autem candorem sibi iustitiæ, vel sapientiæ tribuit, à luce superna cogitationis se excludit, iuxta illud ad Rom. 1. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.*

II.
Humilitas
collyrio com-
paratur, ex
Ruperto.
Ioan. 9.

Secunda expositio est Ruperti intelligentis per *collyrium* humilitatem, quæ ex cognitione propriæ vilitatis oritur. *Collyrio*, inquit, *inunge oculos tuos, ut videas*, id est, *cor tuum verâ humilitate purifica: ut per paupertatem tuam videas, verasque diuinitatis bonitatis Dei cognoscas.* Atque ad hoc significandum videtur Christus Ioan. 9. cum cæco à natiuitate aspectum restitueret voluit, lutum super oculos eius posuisse, quia

quia nimirum silutum, ex quo conditum sumus uniuersi ob oculos mentis proponamus, nostræque uilitatis memores sumus, ea cogitatione ueluti collyrio aspectum ad diuinam contemplanda nostraque omnia in Deum referenda, atque adeo ad diuinam gratiam consequendam, recuperabimus. Tertia est Richardi de sancto Victore, & Dionysij Carthusiani: aientium per collyrium intelligi amaritudinem pœnitentiæ, quæ per compunctionem clarificat sensus cordis, sicut collyrium per effusionem lacrymarum oculos carnis.

Pœnitentiæ per collyrium significata. III.

Quartam afferunt alij, eaque est, Per collyrium memoriam passionis Christi accipiendam esse. Pro cuius maiori expositione sciendum est, quemadmodum aduertit Franciscus Vallesius libro suo de sacra Philosophia capite 42. ad abstergendas inueteratas oculorum albugines, nihil magis à medicis celebrari, quam fel: præcipue uero cuiusdam piscis, qui Callionymus dicitur, id est, pulchri nominis. Id quod etiam docet Galenus libro 10. de simplicium medicamentorum facultatibus, cap. 12. Plinius libr. 32. historię naturalis, cap. 7. Et Elianus libro 13. cap. 4. ex Aristotelis sententiâ: ex quo uerisimile arbitratu Vallesius, piscem illum, quem à Tygri flumine Tobias extraxit, Tob. 6. fuisse hunc Callionymum, cuius fel præcipuum est oculorum medicamentum: quanquam uero hunc Tobias piscem Beda in sua allegorica expositione libri Tobię, interpretatur Dæmonem, quem Christus in luce cepit, traxit, & exenterauit, id est, nequitiam eius fidelibus aperuit, & quasi arcana insidiarum euiscerauit: tres etiam eius partes referauit, nimirum, cor, fel, & iecur. Cor quidem, quia calliditatem eius sacra scripturæ monumentis inuoluit. Fel, quia quanto malitię furore contra genus humanum seuiret: propter cautelam studium scribi uoluit. Iecur denique reposuit, quia malignam consiliorum eius aduersum nos concoctionem declarauit, ferunt enim calore iecoris, occulta cibi excoqui. Nihilominus alij eum piscem Christum mysticè accipiunt, qui si Callionymus fuit, ut uult Vallesius, rectè ea etiam ratione Christum exprimit, qui pulcherrimo Iesu nomine appellatur: iuxta quam sententiam ita mysterium possumus exponere.

Vallesius.

Galenus, Plinius, Elianus, Tob. 6.

Beda. Tobias piscis qui fuerit.

Tobias piscis expressit Christum.

Piscis, Christus est, cor, dilectionis immensitas, iecur, amoris perfecta decoretio, fel passionis amaritudo, in felle illo significata, quod ipsi propinatum fuit Matth. 27. *Dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum*: de quo idem multò ante per Regium Vatem fuerat conquestus, Psal. 68. *Dederunt in escam meam fel*. Fel ergo, & cor piscis, ac iecur sibi cum Tobia reponunt, qui dilectionis, qua Christus dilexit nos, & amaritudinis, quam in passione sustinuit, recordantur, iuxta illud Threnorum 3. *Recordare paupertatis, & transgressionis meę, absinthij & fellis*. Quo fiet, ut sicut Tobias senior felle piscis ad oculos adhibito aspectum recuperauit, ita nos recordatione passionis Christi, tanquam collytio uideamus, & gratiam consequamur, quod significauit idem Propheta statim subiungens: *Memoria mortis meę, & tabescet in me anima meę, hæc recole in corde meo, in Deo sperabo*. Et Paulus ad Hebræos 12. *Recogitate*, inquit, *eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis uestris deficientes*. Postrema expositio est aliorum, Collyri nomine quamlibet tribulationem accipientium, quæ per amaritudinem sensus spirituales purgat, ad cernenda spiritualia, iuxta illud Threnorum 1. *De excelso misit ignem* (videlicet tribulationis) *& erudit me*. Elia 28. *Vexatio dabit intellectum*. Ex his omnibus expositionibus, tres priores videntur literæ magis consentaneæ: tam et si quarta omnibus dignitate antecellat.

Mat. 27. 3. 4. Psal. 68. 22.

Thren. 3. 19.

Recordatio passionis Christi illuminat intellectum. Ad Hebr. 12. 3.

Thren. 1. 17. Erudit tribuatio. Esai. 28. 19.

Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

S E C T I O V.

VT Laodicenus Episcopus spem veniæ concipiat, & faciles sibi ad pœnitentiã, & quod est consequens ad diuinam gratiam aditus patere in animum inducat, subiungit Christus ipse, se ad ostium cordis stare, siue per internum appulsus & afflatus, quem Theologi gratiam præuenientem, & excitantem appellant, siue per exteriorem vocationem, cuiusmodi ferè est concionatoris adhortatio, consilium, & alia generis eiusdem, quæ ad eandem gratiam excitandam pertinent, quanquam sine interna illa motione non sufficiunt: tum verò si quis per voluntatis ascensum aperuerit, ingredi in eius animum per iustificantem gratiam, cœnarè que cum illo per spiritualem conscientie iucunditatem, atque dulcedinem, quæ iustificationem consequitur, est que diuinum quoddam ac cœlestis pabulum, quo iustificati mens reficitur, mirumque in modum recreatur. Denique si in gratia perseuerauerit, cœnaturum quoque se cum illo in cœlesti gloria per beatificam visionem, quam ei importietur. Hæc est germana literalitque huius loci paraphrasis.

Conscientie
incunditas,
cœlestis pa-
bulum.

II. Caterum, pro illius expositione est in primis obseruandum, cum dicitur, *Ego sto ad ostium & pulso*, luculentè significari, prius Deum excitare nostrum liberum arbitrium ad opera salutis conducentia, quam voluntas in illa prodeat. Itaque Deum non præueniri à libero arbitrio, sed ipsum præuenire per excitantem gratiam, voluntatè que quasi torpentem ad opera salutis excitate; atque adeò initium iustificationis non à nobis, sed à Deo esse; id quod facile ex prædictis verbis elicitur. Si enim Deus stat ad ostium nostræ libertatis, & pulsat, perspicuum est non prius ostium per consensum aperiri, quam Deus ipse pulsset: quin pulsationem diuinam præcedere sepe quidem tempore, sed semper tamen natura: tum verò apertionem consequi voluntatis adiutæ quoque diuinitus in ipso actu per gratiam adiuuantem, quemadmodum definit Concilium Tridentinum sessione sexta, capite quinto, & sexto: vbi docet iustificationis exordium in adultis à Deo per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, disponique nos ad ipsam iustitiam dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes

Iustificatio
no initium à
Deo.

Conc. Trid.

Conc. Araus.

liberè mouemur in Deum. Idem definiat Concilium Arausicum secundum sub Leone primo Pontifice canone 3. de libero arbitrio, & gratia Dei. *Si quis*, inquit, *per inuocationem humanam gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere, ut inuenietur à nobis, contradicit Esaiæ Prophetæ, vel Apostolo idem dicenti, Inuentus sum a non querentibus, palam apparui his, qui me non interrogabant.* Quæ de re legendus est D. August. in libro de bono perseuerantiæ, vbi multis sacrarum literarum testimoniis eam veritatem confirmat, citatis etiam in eandem sententiam D. Cypriano, D. Ambrosio, & Gregorio Nazian. cum quibus reliquis omnibus Patres vniuersi consensu conspirarunt.

III.
Libertatis
potest
præuenientem
gratiam, vel
admittere
vel repellere.

Deinde est aduertendum, cum additur, *si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam*: distertis verbis significari, posse liberum arbitrium à Deo excitatum non respondere diuinæ vocationi, & ostium nisi inè aperire, sed oculos tunc tenere: posse etiam respondere Deo vocanti, & aperire pulsanti, hoc est, posse diuinam illam gratiam præuenientem, & excitantem, quæ hoc loco *pulsationis* nomine

compre-

comprehenditur, pro sua libertate vel admittere, vel reicere, ducta similitudine ab ijs, qui clauso ostio domi reclusi morantur, qui interdum pulsantibus aperiunt, interdum etiam dissimulant: ad quam similitudinem spectauit sponsa, cum dixit Cant. 5. *Pessulum ostij mei aperni dilecto meo*: ubi pessuli nomine, omne illud obstaculum intelligitur, quod voluntatis assensum remoratur. Itaque hoc loco, cum dicitur, *si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam*, perspicue docemur non solum esse libertate, Deo vocanti respondere, aut non respondere, atque eidem pulsanti, aut ostium assentiendo aperire, aut non assentiendo, vel etiam dissentiendo clausum tenere: idemque perspicue ostenditur illis verbis ad Hebræos 12. *Contemplantur ne quis desit gratia Dei*: ubi non dictum est, *ne gratia Dei alicui desit*, quia nimirum Dei gratia præsto ad est omnibus, sed *ne quis desit gratia*, quia nos sumus, qui gratiam Dei pro nostra libertate repellimus, Deo que vocanti, & excitanti non respondemus. Quæ veritas definita est à Concilio Tridentino, Sessione 6. capite 5. ubi docetur, *ergente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem, posse hominem eiusmodi inspirationem abijcere: & canone quarto eiusdem Sessionis ita statuit: Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat, ac speraret, neque possedit sentire si vellet, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passivum se habere, Anathema sit.*

Cant. 5. 6.

Hebr. 12. 15
Gratia Dei
præsto ad est
omnibus.

Conc. Trid.

III.

Postem hoc loco multorum Patrum ad hanc veritatem attendendam commemorare testimonia, sed quoniam non est huius loci longius hoc argumentum persequi, satis fuerit proponere vnius tantum Bernardi sententiam, qui mihi sane videtur omnia, quæ de his gratiæ cōtrouersijs diuina litera prodiderunt, ac D. Augustinus, ceterique Patres ante ipsum disputarunt, quasi in lummam redegit aureo illo libello, quæ de gratia & libero arbitrio conscripsit, vne præcipuas quasque sententias, quibus ille opus illud aureum, quasi gemmis inspersit, legendas putauimus, quoniam ea omnia quæ hactenus diximus manifestè confirmant. Sic igitur ait Bernardus. *Ita-ne oblitus es, quis dixerit, sine me nihil potestis facere: & neque currentis, neque volentis, sed Dei misericordis est. Quid igitur agit, aut liberum arbitrium? Breuiter respondeo, saluatur: tolle gratiam, non erit vnde saluetur, opus hoc sine duobus effici non potest, vno à quo fit, altero cui, vel in quo fit: quod ergo à solo Deo, & soli datur, libero arbitrio, tam absque consensu esse non potest accipientis, quam absque gratia dantis, & ita gratia operanti salutem cooperari dicitur liberum arbitrium, dum consentit, hoc est, dum saluatur, consentire enim saluari est: ut liberum arbitrium esset, creans gratia fecit, ut proficiat, saluans gratia facit, ut deficiat, ipsum se dejicit: ex ipso nobis est velle: ex ipso nobis est velle: ex ipsa bonum velle, bonam voluntatem facit, qui liberam fecit, infirmitas vult: aut à seipsa est, sanitas vero non à se, sed ad Domini spiritum, sanatur autem cum renouatur. De cætero libero arbitrio, nec extra ipsum queratur damnationis causa, quod iam non damnat nisi propria culpa, nec ab ipso salutis merita, quod sola soluat misericordia, cuius quippe conatus ad bonum, & casti sunt, si à gratia non adiuentur, & nulli non excitentur: proinde non ei à se, sed desursum potius à Patre luminum descendere merita putentur. Itaque non liberi arbitrij, sed Domini est salus, imò ipse salus, ipse & via est ad salutem, qui ait Psalm. *Salus populi ego sum*: qui item perhibet Ioannis decimo quarto. *Ego sum via, se fecit viam, qui & salus erat, & vita*, ut non gloriatur omnis caro. Quid igitur: hoc ergo totum liberi arbitrij opus, hoc solum eius meritum, quod consentit? Est prorsus: non equidem quod vel ipse consensus, in quo omne meritum consistit, ab ipso fit, cum nec cogitare (quod minus est, quam consentire) aliquid à nobis quasi ex nobis sufficientes sumus: verba sunt non mea, sed Apostoli, qui omne quod boni esse potest, id est, cogitare,*

& velle, & perficere pro bona voluntate attribuit Deo: non suo arbitrio. Si ergo tria haec, (haec
 est bonum cogitare, velle, perficere) operatur in nobis, primum profecto sine nobis, secundum
 nobiscum, tertium per nos facit: siquidem immitendo bonam cogitationem, nos praenit, im-
 mutando etiam malam voluntatem, sibi per consensum iungit, ministrando & consensui fa-
 cultatem, foris per apertum opus nostrum internus opifex innotescit: sane ipsi nos praenire
 nequaquam possumus, & Deo ergo sine dubio nostra sit saluti exordium, nec per nos utique, nec
 nobiscum, verum consensus, & opus est non ex nobis, non iam tamen sine nobis. Cauendum
 ergo ne cum hac inuisibiliter intra nos ac nobiscum altitari sentimus, aut nostra voluntati at-
 tribuamus, quae infirma est, aut Dei necessitati quae nulla est, sed soli gratiae, quae plenus est:
 ipsa liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum: sanat, cum immutat affectum, ro-
 borat ut perducatur ad actum: seruat, ne sentiat defectum: ira tamen quod à sola gratia ceptum
 est, pariter ab utroque perficitur, ut mixtum, non sigillatim simul, non vicissim per singulos
 profectus operentur: non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere
 indiuiduo peragunt: totum quidem hoc, & totum illa, sed ut totum in illo, sic totum ex illa.
 Credimus placere lectori, quod à sensu Apostoli nusquam peccidimus, & quaquaersum eua-
 ngelium oratio, in eadem penè ipsius verba frequenter recidimus. Quid enim nostra aliud sonat
 quam illud, ergo neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Quod sane non ideo
 dicit, quasi quis velle, aut currere possit in vanum, sed quod is, qui vult, & currit, non in se,
 sed in eo à quo accipit, & velle, & currere, debeat gloriari. Denique ait, Quid habes quod non
 accepisti? sua iustitia hominem Deus voluit habere consortem, ut & corona faceret promerito-
 rem: in eo enim sibi iustitia consortem & coronam statuit promeritorem, cum operum quibus
 erat illa repromissa corona, habere dignatus est coadiutorem: porro coadiutorem fecit,
 cum fecit volentem, hoc est, sua voluntati consentientem. Itaque voluntati in auxilium, au-
 xilium, reputatur in meritum: nec dubium quin à Deo sit & velle & perficere pro bona vo-
 luntate, Deus igitur auctor est meriti, qui & voluntatem applicat operi, & opus explicat vo-
 luntati. Haec Bernardus. Atque haec breuiter, quo non nihil lucis huic sententiae
 afferretur.

ARGUMENTVM CAPITIS.

Postquam Ioannes septem minoris Asiae Episcopos, & in eis vniuersos Eccle-
 siae Praelatos ad munus suum rite obeundum adhortationibus, & praeceptionibus
 erudiuit: deinceps se ad vniuersam Ecclesiam statum describendum, persecutiones,
 victorias, palmas, denique omnia, quae eius usque ad finem mundi decursum com-
 plectuntur, commemoranda per visionum suarum aenigmata conuertit. Cum autem
 septem sint potissima huius operis visiones, ut initio diximus. Secunda hoc capite
 incipit ad principium usque octauae pertingens, splendore & maiestate admi-
 rabilis. Hoc verò capite solum describitur Dei ipsius, seu Trinitatis maiestas, quae
 Apocalypsim Christo, & per Christum Ioanni reuelauit: quae admodum autem
 Deus sese per visum Ioanni ostenderit, ex his, quae mox dicemus, planum fiet.